

Tom: LXXVI. Miscell.


~~G.H. 17.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

17-18.

SIGNAT. 61515CCCXIII.

offert.theol. Vol. 38


einzelu verzettelt 26. III. 1915.



Insunt in hoc libro.

- 1, Cornelio Beccero Analysis Psalmi Secundi. Lips. 1601.
- 2, Salom. Gesneri Dissut. Contra Antichristianum primatum
Ami Pontificis. Vitenb. 1604.
- 3, Leonh. Hutteri Theoremata tria Theologica ex Joh. 1. v. 29.
„Ecce agnus ille dei.“ Vitteberg. 1609.
- 4, Joannis Förstneri Medulla Capitis L III. Esaie, Junq. Dissu,
rationibus expressa. Vitteb. 1610.
- 5, Jo. Vinkelmanni Dissut. Theof. De Messia nro Jesu.
Ex Jerem. 23. v. 3. — 8. Gissa. 1621.
- 6, Ανωθενικεως & Oraculi Apostolici. 1. Joh. 1. v. 7. aut,
Joan. Major. Gene. 1621.
- 7, Theodor. Thummi Εξηγησις dicti Pauli Colos. 2. v. 9.
Tubing. 1621.
- 8, Jo. Conr. Danthaweri Dissut. Theof. De septem verbis
novissimis Xpi Dni in cruce. Argentor. 1625.
- 9, Exegesis dicti Luc. 11. v. 28. a. Joane Schmide.
Argent. 1626.
- 10, Hoenigi. Diss. Theof. solennis, De Peccator Confessione
poenitentiali coram Deo. Argent. 1658.
- 11, Conradi Bergii. Diss. De loco Octavi Cap. Proverbior
pro Aeterna Divinitate Xpi. Frantf. ad Viadr. 1627.
- 12, Andr. Bauer. Diss. De primigenia huius conditione
ex Gen. 1. v. 26. 27. Lipsia. 1633.
- 13, Quabkepsi Oraculi Joanis De agno dei tollente
peccata mundi. Vitteb. 1639.
- 14, Explicao prior trium comatum Ps. XIV. Diss. Sic il
insipiens in corde suo. Vitteb. 1641.
- 15, Cyseri. locus de Antichristo sumarie ex 2. Theo.
II. concinnatus. J. 1645. Vitteberg.
- 16, M. Christophori Dulci Exegesis dicti proph.

Nos. 13. v. 9. Lipsia. 1646.
religua vid. ad calcem libri.



IESAIAS

IEREMIAS

Analysis

PSALMI SECVNDI

Thesibus comprehensa, Et ut
De præcipuis quibusdam Doctrinæ Christianæ capitibus;

Imprimis verò

DE REGNO CHRISTI,
Theologicae συζήτησις,
Eν τῷ Θεῷ

DANIEL

EZECHIEL

Ad 10. diem Iulij An. 1601. in Academia Lipsiensi
instituenta, argumentum præbeat,

PROPOSITA

à

CORNELIO BECCERO. D.

LIPSIÆ,

Michaël Lantzenberger excudebat.

IMPENSIS IACOBI APELII.



a) 1



**D E R E G N O
C H R I S T I**

EX PSALMO SECVNDO

Disputatio.

I.

Regni Salvatoris nostri **JESV** Vfus huius loci.
CHRISTI considerationem in Ecclesijs &
Scholis instituere frequentem, utile imprimis est
& salutare.

II

Multis enim Doctrinae caelestis capitibus (e. g. de 1. Δοξολογία.
Persona, Maiestate, Officio & Beneficijs Christi; de Eccle-
sia militantis & triumphantis conditione: de consolatione
sub cruce; de Resurrectionis spe & futura beatorum gloria,
&c.) confirmandis illustrandisque lucem affert.

III.

Nec excitandis ad pietatis studium animis quicquam 2. Παροξυνάει.
ferè accommodatius est cogitatione periculorum, quibus nos
ciues huius regni undiq; sumus circumsepti.

IV.

Vt enim Regem nostrum throno maiestatis suae detur-
bent, & nos ab obedientia & fide eiusdem abducant, &
praesidio ac tutela Christi nudatos pessudent, tyranni, ha-
retici & impiorum colluies, cum duce & patre suo Diabo-
lo certatim studia & operas coniungunt.

V.

His verò inter se conspirantibus, necessitas nobis in-
cumbis

A a

cumbis

A N A L Y S I S

cumbit ut vigilemus, & πανοπλία Dei induti, stationem nostram tueamur, nec fidem Regi datam deseramus, nisi arce salutis deijci, & corona iustitiæ immarcescibili priuari velimus.

VI.

3.
Παραμυθη-
σις.

Sanè ut nunc res sunt, laboramus in extremis, omnia pessum eunt & ruinam minitantur, & versantur in summo discrimine ipsi etiam electi, quibus unicum hoc reliquum est asylum ADVENTVS REGNI CHRISTI, & πολι-
τεια & caelestis ac gloria filiorum Dei reuelatio, ad quam votis unice aspirant.

VII.

At dum μεγαθυμία Dominus exercet suam, & ut nobis videtur, moram facit, memoriâ & intuitu nos sustentamus operum mirandorum, quibus etiam in hoc seculorum decursu & mundi ruentis extremis temporibus, regno Satanae vastitatem infert Rex noster, suamq; Ecclesiam in medio etiam furore hostium protegit ac conseruat.

VIII.

Vt igitur ex Apostoli sententia ἀγκαλῶμεν ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, fert animus, huius sacri ἀγωνισματι-
σμου ex Psalmo secundo in medium proponere.

IX.

Argumen-
tum Psal-
mi
secundi.

Continet enim hic Psalmus illustre vaticinium de Regno Christi, colligentis sibi voce Euangelij ex humano genere Ecclesiam, quam docet, regit, defendit, saluat; Inde ad cultum venerationis & obsequium Regi huic prestandum seria adhortatione mortales uniuersos inducit.

X.

Capita præ-
sentis dispu-
tationis.

Vt verò de grauißimis rebus, Psalmo hoc contentis, ordine dicatur, certis capitibus Disputationem nostram inclu-
demus.

I. Ne

PSALMI SECVNDI.

- I. Ne sententia in dubio hareat, contra Iudaorum & Sacramentariorum nonnullorum imposturas monstrabimus, de Christo, non de Dauide aut quopiam alio Rege hunc Psalmum propriè intelligendum esse.
- II. Hinc Prophetico ordine obseruato, de bello, quod ab hostibus Christo Regi mouetur, & de eiusdem successu, Dauidem concionantem audiemus.
- III. Inuestituram & constitutionem Regis videbimus, quæ de eiusdem persona & maiestate, de Regni administratione & amplitudine, potentia item & Zelo, quo Rex instructus hostes vindicat, colloquendi materiam præbebit.
- IV. Παράνεσσι, comminatione pœna & promissione præmij uniuersos ad obediendum Regi huic inuitantem, perpendemus.
- V. Deniq; ut Doctrinæ de Regno Christi, sparsim in his capitibus tractatæ, synopsis studiosi pietatis habere possint, paucis ad διδασκalicὴν methodum totam hanc disquisitionem reuocabimus.

CAPVT I.

Psalmum hunc propriè de Christo intelligendum esse demonstratur.

XI.

ET si Iudæi omnibus seculis Bibliothecarij Ecclesie fuerunt; cum & olim penes ipsos fuerint Ἀρχὴ καὶ νομοθεσία, ἐπαγγελία, &c. Rom. 9. v. 4. & etiamnum Vaticiniorum de Messia Ἰσραηλιτῶν veia hoc postremi exilij sui tempore, custodiam librorum veteris Testamenti circumferant, testes, ut Augusti- Iudaica

A 3

gusti-

A N A L Y S I S

gustinus loquitur, iniquitatis suæ & veritatis nostræ:
(August. in Enarrat. Psal. 56. 58. Item contra Faustum
Manich. lib. 16. cap. 21.) Corruptelis tamen suis pestilentif-
simis, plus damni quàm emolumenti Ecclesiæ afferunt, &
scripturarum depravatione iuratos nominis Christiani ho-
stes ubiq; sese produnt.

XII.

Patet hoc imprimis ex eo, quod nullum ferè vaticinium
ab hominibus Dei Spiritus sancti impulsu allatum est tam
illustre, quod non Rabinorum commenta in alium sensum
detorserint: ut quantum in ipsis gloria Christi obscuraretur,
& ex hominum memoria deleteretur.

XIII.

Caluiniana.

Sed de hoc excœcato & in reprobum sensum tradito
hominum genere, id adeò mirum non est. Illud verò magis
mirum videtur, quòd ex ijs, qui Christiani, imò Φωσῆτες Ec-
clesiæ videri volunt, nonnulli imposturas Iudaicas tanto pe-
re exosculantur, ut maiorem his, quàm interpretationi Eu-
angelistarum, fidem tribuant.

XIV.

Inter hos Iohannes Caluinus non postremas obtinet,
qui opinionibus Iudaicis fasciatus, præcipuis veteris Testa-
menti de venturo Messia vaticinijs nebulas induxit, & lu-
cem veritatis commentis suis obscuravit.

XV.

Ἰνδουαί.

Exemplo esse potest Psalmus secundus, quem in eorum
testimoniorum classem redigit, quæ κατὰ τὸ πρῶτον Davidem,
Christum verò τυπικῶς, & quatenus huius per illius impe-
rium adumbratum sit, attingant.

Cui

PSALMI SECVNDI.

XVI.

Cui opinioni cum mente Spiritus sancti parum congru-
enti, nos cum verborum ac sententiarum Psalmi eviden-
tiam; tum allegationes & interpretationes earundem in
Novo Testamento frequenter obuias, opponimus, & statui-
mus, Dauidem hic non sub rerum à se gestarum figura, sed
vaticinio simplici & perspicuo, Christum eiusq; regnum pra-
dixisse, multiplici verò absurditate Caluini eiusq; sectato-
rum sententiam laborare.

Tres classes
argumento-
rum proban-
tium hunc
Psalmum reg-
is & regis
de Christo
intelligendū
esse.

XVII.

Certè si Regis in hoc Psalmo introducti persona, si Re-
gni amplitudo & conditio, si cultus deniq; Regi prestandus
attendantur, alteri quàm Christo, salua pietate, qua hic
dicuntur, nemo facile attribuerit.

I. Classis ar-
gumentorū:
Ex ipso Psal-
mi cōtextu.

XVIII.

Non enim prodit Rex Sionius in eorum censu, qui cum
ad tempus scepra ac diadema gesserint, communi mortu-
alium sorte, ad plures abeunt, & ad successores imperium
transmittunt: Psal. 82. v. 8. Syr. 10. v. 11.

1. A Regis
persona.

XIX.

Sed est aternus aeterni Dei Filius, à Patre ante secula
genitus, iuxta Psalmi dictum: Ego hodie genui te.
Quod dictum ex Epistola ad Hebraeos interpretatione de
aeterna Filij Dei generatione (nihil morantes Caluini &
Parei sophisticam) planè accipimus.

2. A Condi-
tione Regni.

XX.

Missus erat Dauid in Regnum Israëlis & Iudae, plu-
ra se his adiecturum promiserat Dominus 2. Reg. 12. v. 8.
Promissis steterat, subiiciens illi vicinos populos, Idumaeos,
Moabitas, Syros, &c. 1. Par. 18. Psal. 59. 108. Nihilomi-
nus tamen Regnum Dauidis certis conclusum erat limiti-
bus.

A N A L Y S I S

bus, & exiguam admodum orbis terrarum partem ambitu suo continebat.

XXI.

At Regi, qui hic introducitur, gentes in hereditatem, & fines terræ in possessionem regni promittuntur, quale quidem imperium non nisi Deo *ἡ ἀρχὴ τοῦ οὐρανοῦ* competit, & Christo eius, quem ex mortuis suscitatum sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, potestatem, virtutem & dominium, & omne nomen quod nominatur, non in hoc solum, sed etiam in futuro seculo. *Ephes. 1. v. 21.*

XXII.

3. Ab administrationis modo.

Sed & forma administrationis regni talis hic describitur, quæ mortaliū nulli, Sionio Regi soli congruit.

XXIII.

Ceteri enim Reges, presidij externis freti, & gladij iure armati, leges & mandata sua exequantur. *Rom. 13. v. 4.*

XXIV.

At Rex noster *ἡ ἀρχὴ τοῦ οὐρανοῦ* & *ἡ ἀρχὴ τῆς γῆς*, sceptrum emittit ex Sion, *Psal. 110. v. 2.* & voce Evangelij virtutem facit subditos defendens, hostes verò conficiens Spiritu oris sui. *2. Tim. 2. v. 8.*

XXV.

Est enim sermo Domini verus & efficax, penetrantior quouis gladio vtrinque incidente, & pertingente vsq; ad diuisionem animæ simul ac Spiritus, compagumq; & medullarum *κελεῖνός ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοῶν καρδίας.* *Hebr. 4. v. 12.*

XXVI.

4. A cultu Regi præstando.

Cultum deniq; huic Regi præstandum quod attinet, iubet Dauidica *ἡ ἀρχὴ τοῦ οὐρανοῦ*, ut non tantum cum reuerentia oscule-

PSALMI SECVNDI.

osulemur Filium, sed omnem etiam fiduciam in ipsum, tanquam autorem salutis & datorem aeternae beatitudinis collocemus.

XXVII.

Cultum hunc si quis ulli mortalium tribuere velit, rem utiq; se faciet maledictionis denunciatae ijs, qui à Deo corde recedunt, & in homines confidentes carnem faciunt brachium suum. Ierem. 17. v. 5.

XXVIII.

Allatae sunt hactenus rationes ex ipso Psalmsi contextu, ut probetur de Christo, non de Dauide haec accipi debere: Nunc Saluatorem ipsum eiusq; Apostolos, cum suis interpretationibus ὁμοψήφως nobis, producemus.

II. Classis argumentorum: Ex allegationibus & interpretationibus in N. Testamento frequenter obuijs.

XXIX.

Saluator, cum postremum Hierosolymam proficisceretur, in manus gentium se traditum iri, ex Prophetarum vaticinijs, discipulis significabat, ita quidem, ut ad primum huius Psalmsi versum haud obscure digitum intenderet. Luc. 18. v. 31.

I. Christi.

XXX.

Clarius Apostoli, cum vota ad DEVM facerent Ἐξα-
εὐκὰ, qua de gentium ac populorum cum Regibus & Prin-
cipibus viris conspiratione hic dicuntur, in Christo VERB
adimplera indicant, Deum veracem ac fidelem ὁμοθυ-
μαδὸν celebrantes. Actor. 4. v. 24.

1. Apostolorum.

XXXI.

Verè, inquiunt Apostoli, conuenerunt, in ciuitate ista Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israël aduersus sanctum Filium tuum IESVM, quem vnxisti. Ibid. v. 27.

B

Vbi

A N A L Y S I S

XXXII.

Vbi vox 'ΕΠ' 'ΑΛΗΘΕΙΑΣ βεβαιώσεως est, & certitudinem promissionum ad euentus veritatem confert; non autem veritatis rei cum typo seu figura collationem facit.

XXXIII.

Fumos itaq; vendit Paræus, dum glossemate ex suo cerebro conficto sensum Apostolorum verbis ab eorundem mente alienum affingit, quasi dicerent: Quod olim tumultuationibus Regum & Principum, &c. in typo adumbratum erat, id VERE & plenè nunc in Christo est adimpletum. Paræ. in Caluino Orthod. lib. 2. cap 7.

XXXIV.

Non enim Apostoli, quid de Davide olim factum sit, commemorant, nec conspirationem populorum aduersus eundem cum ijs, quæ Christus passus fuerat, conferunt: sed promissionem per os Davidis factam in Christo VERE adimpletam esse contendunt, quod clarissima verba hæc Apostolorum euincunt: Σωτήχθησαο Ἰπὶ τῷ ἁγίωι παῖδά σοι ποιῆσαο ὅσα ἡ χεὶρ σοι καὶ ἡ βραχίον σοι ποίησε Ἰσραὴλ. Act. 4. v. 27.

XXXV.

Porro testimonium illud: Filius meus es tu: sæpius etiam in Nouo Testamento ad probandam eternam Filij Dei generationem videmus allegatum.

XXXVI.

Nota est illustris patefactio sacrosanctæ Trinitatis, facta cum Saluator à Iohanne baptisaretur, ubi vox audita est æterni Patris, de Filio suo dilecto sonantis: Σὺ εἶ ὁ ἦός µε, Marco 1. v. 11. & Luca 4. v. 5. attestantibus, quæ quidem vox totidem serè syllabis ac literis, cum hoc ipso Psalmi nostri oraculo congruit.

3. Dei Patris.

Idem

PSALMI SECUNDI.

XXXVII.

Idem testimonium in *μεταμορφωσις* facta coram discipulis in monte Thabor repetitur, & mandatum de audiendo Filio additur, cui, ex natura *ἢ αἰωνογενέων*, respondet contestatio Filij Dei, qua se æternum Dei decretum, de salute generis humani enarraturum septimo huius Psalmi versu profitetur.

XXXVIII.

Paulus in Synagoga Antiochena Christum annunci- 4. D. Pauli
ans, ad hoc ipsum Spiritus sancti vaticinium sese refert, sic enim ait: Annunciamus vobis repromissionem ad Patres factam, quam implevit DEVS resuscitato Iesu, sicut in secundo Psalmo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act. 13. v. 33.

XXXIX.

A Personæ nimirum maiestate argumentum ducit Apostolus, probaturus, Christum vinculis mortis teneri non potuisse, cum & æternus Dei Filius fuerit, & humanam naturam in Filiationis huius *νοῦς* intimam, per unionem hypostaticam assumerit, quod quidem mysterium per resurrectionis gloriam maxime enituit.

XL.

Epistola ad Hebræos primo capite Personam & Maie- 5. Epistolæ
statem Christi multis probat testimonijs veteris Testamen- ad Hebræos.
ti. Inter alia verò hunc ipsum Psalmi secundi locum ad- I.
ducit, & Christum in dextera maiestatis confidentem tantò præstantiorem Angelis factum esse ostendit, quantò excellentius præ illis sortitus sit nomen, cum nulli vnquam angelorum dictum sit: Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Hebr. 1. v. 4.

XLI.

Vtrumq; allegatione hac Apostolus probare nititur, Christum nimirum esse consubstantialem Filium, ab eterno Patre genitum: & maiestatem, Christo iuxta humanam naturam per unionem personalem communicatam, manifestatam esse per sessionem ad dexteram Dei; maiestatem videlicet & potentiam, non creatam, non finitam, sed omnium Angelorum gloriam, potentiam & maiestatem infinitis modis superantem, ipsiusq; adeo Dei propriam.

XLII.

Neutrum horum Dauidi competere manifestum est. Nec discedit tamen Pareus à Caluini Scripturas deprauandi audacia. Ideoq; Dauidem Angelis præstantiorem facere contendit, ut non tantum vaticinium Regij Propheta, sed eiusdem etiam interpretationem, in Nouo Testamento traditam, sophistica sua eludat, & præceptoris sui commentum sartum tectumq; præstet.

XLIII.

2. *Quid verò ad locum 5. Capitis eiusdem Epistolæ Pareus respondebit, ubi dicitur: Christum non semetipsum glorificasse, ut Pontifex fieret, sed eum, qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. vers. 5. Num Dauidem summum faciet Pontificem, ut Caluinum suspicione & degenueias liberet?*

XLIV.

6. Apocalypicos. *Sed nugas Calvinista istius, ab alijs solide refutatas, in præsentia mitto, & superioribus unum adhuc Testimonium addo, quod habetur in Apocalypsi Iohannis: Vbi Filius hominis ἐξοικαζ Ἰηὺ τὸ ἐθνῶν, ab eterno Patre sibi eo fine concessam, predicat, ut regat gentes in virga ferrea, & tanquã vasa figuli easdem confringat. Apoc. 2. v. 26. cap. 19. v. 15.*

Ex

PSALMI SECUNDI.

XLV.

Ex his uniuersis & singulis Noui Testamenti locis manifestum est, Dauidem in hoc Psalmo non res à se gestas, aut que sibi usu venerint commemorare voluisse, sed de Christo Salvatore nostro vaticinium edidisse.

XLVI.

Etsi verò negare non possumus, aliquos ex Doctõribus tam veteribus, quàm recentioribus, propter similitudinem rerum à Christo & Dauide gestarum, nonnulla, quæ in hoc Psalmo continentur, Dauidi accommodasse, & hoc Oraculum in eorum numero, quæ composita seu mixta dicuntur, habuisse: Rectiùs tamen ex ijs, quæ dicta hætenus sunt, facere eos colligimus, qui Christo illustre hoc vaticinium in solidum attribuunt.

XLVII.

Sophisticam verò Caluinianam, quæ in præcipuis, & ex Apostolorum Testimonio, ad solum Christum pertinentibus oraculis, tam petulanter ludit, toto pectore execramur.

III. Classis argumentorum. Ab absurdis Caluiniæ sententiæ.

XLVIII.

Pugnat enim cum optima interpretandi Scripturas normâ, quâ Nouum Testamentum pro luce Veteris habetur.

1.

XLIX.

Deinde contra Apostolicum præceptum Scripturam: ἰδιῶς ἐπιλύσεις fingit. 2. Pet. I. v. 20.

2.

L.

Neruum præterea incidit plerisq; argumentis, quibus æterna Saluatoris nostri generatio & gloria ac maiestas in assumpta humanitate eidem concessa probatur.

3.

LI.

Sed & fraudulentia Iudeorum, tenebras Scripturis offundentium, patrociniũ suscipit.

4.

B 3

Imò

LII.

5. Imò Arriana impietati, testimonia Diuinitatis Christi eludenti, socias manus præbet.

LIII.

6. Ipsi deniq, Spiritui sancto, qui per Apostolos locutus est, quasi in faciem contradicit. Digna itaq, est hæc scripturas deprauandi licentia, quam Christiani toto pectore auersentur, detestentur, execrentur.

LIV.

Sed de his hæctenus. Nunc ad Psalmum ipsum nos instituti vocat ratio.

C A P V T II.

Prima pars
Psalmi.

De bello quod Domino & Christo eius mouetur.

LV.

Psalmum secundum poemata esse sacrum probant:

DAuidem sacra poetices studio imprimis delectatum esse, præter inscriptiones plerorumq, Psalmorum, figurarum quoq, lumina, & oratio ad numerum composita, ipsa deniq, rerum tractatio euincunt.

LVI.

r. Series
narrationis.

Patet hoc in presenti Psalmo ex narrationis serie. Etenim statum & conditionem Regni Messia commemoraturus vates, non historico ordine à primis originibus incipit, sed ex media re, poetarum more, ad primordia paulatim progreditur, & prius bella Regni Christi quam eiusdem constitutionem prosequitur.

LVII.

Nec inconcinna illorum est sententia, qui Dauidem in hoc

PSALMI SECUNDI.

hoc Psalmo δεγματικῶ dicendi genere usum censent, cum in prima Psalms parte ὡς ἐν περτάτῃ populos, Reges ac Principes, instructis copijs bellum Christo parantes, quasi in theatrum producat, ipse vero Prophetā instar chori eosdem interpellat: Deinde in Πατέρα αἰώνιον Patrem cum dilecto Filio, de constitutione & amplitudine Regni, nec non Regis officio & potestate, sermones conferentem, introducat: In κατὰ σποφῆ deniq, paranesin instituat, ad omnes omnium ordinum homines, ut Regem Sionium fide amplectantur, & debito pietatis cultu venerentur.

2. Partium dispositio.

LVIII.

Primam igitur Psalms partem quod attinet, constat illa duobus membris: 1. Προομιλίῳ ἐρωτήσῃ figurato. 2. Διηγήσῃ, cui inest πολεμογραφία, παροπλίαῶ utriusq, exercitus ὡς πρὸ ὀμμάτων ποιῆσαι.

Membra primæ Psalms partis.

LIX.

Interrogatio: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Exordij loco posita, vim habet, cum admirationis, tum increpationis, tum vaticinij de infelici huius belli successu.

Y. Ερώτησις προομιώδης vim habens:

LX.

Planè miranda istorum stultitia est, qui tam alieni sunt à mentis sanitate, ut mortales ipsi miserrimi, prepotenti & immortalī Deo eiusq, Filio ὁμοσιῶ, στωϊδίῳ ἢ ἰσοδύμῳ bella inferre audeant!

1. θαυμασιῶ;

LXI.

Sed non minus detestanda est malitia, qua sua salutis immemores, erga datorem vite & beatitudinis tam sceleratè ingrati sunt bellatores isti.

2. ἀπλημύσιῶ;

LXII.

Nunquam verò euentus ipsorum consilijs & conatibus

3. μωροῦσιν.

respon-



A N A L Y S I S

respondebit, Nam vox ista: *MEDITANTUR IN ANIA*,
instar trophæi est, quod de infelicitate *ἡγομαχίας* ad omnem
posteritatem testabitur.

LXIII.

II. *Sequitur Narratio, quæ expeditionis bellicæ & exer-*
Διήγησις πο-
λεμικῆς φιλῆ
continet,
enumerans
*citus utriusq; , tam illius, qui bellum hoc infelicitè ceptum
hostiliter infert, quàm alterius, qui intrepidè illud sustinet,
& gloriosè conficit, accuratam descriptionem habet.*

LXIV.

I Prioris ex- *Atq; ex altera quidem parte in aciem prodeunt, &*
ercitus:
ad militiæ societatem sese offerunt, tam ἀρχοντες quàm ἀγ-
 I. Milites, *χόμενοι: Gentes, Populi, Reges item ac Principes*
terræ, Herodes simul ac Pontius Pilatus cum Genti-
bus & Populus Israël. Interpretibus Apostolis Actor. 4.
vers. 27.

LXV.

*Intra & extra nimirum pomeria Ecclesiæ, Nationes,
Respublicæ, Optimates, Monarchæ, &c. inueniuntur, qui
tumultuantur aduersus regnum Christi.*

LXVI.

Sed iuuat istorum lustrare πλοκάμια, instructos or-
2. πλοκάμια
dines, & bellicarum operarum partes diuersas: Fremunt
*gentes, Meditantur Populi, Astiterunt Reges terræ,
& Principes consilium ceperunt.*

LXVII.

*Quisq; scilicet suam tenet actuetur stationem: Reges
potentiâ & auctoritate collocant se in præsidium totius ex-*
ercitus, & potissimam belli molem sustinent. Proceres im-
periorum, & qui scientiâ ac prudentiâ sunt conspicui, in
medium consulunt, ut solida scilicet belli fundamenta con-
stituatur, & ne quicquam ad rem feliciter gerendam in-
termit-

PSALMI SECVNDI.

termittatur, accuratè prospiciunt: Cetera turba animi
astuantis fertur æstro, frendit dentibus, & turmatim con-
cursat cæoc impetu cælum inuasura.

LXVIII.

At, quem petit hæc coniuratio? Respondet David: 3. Scopum,
Dominum & Christum eius. In hoc conspirant uniuersi,
vt à Iehoua deficient & certent aduersus Messiam,
vt habet Chaldaicus Paraphrastes.

LXIX.

Res ex Nouo Testamento clara est. Iudei enim Mes-
siam, cum in propria ueniret, non susceperunt, Iohan. I. v. II.
imperium ipsius non tulerunt, Luc. 19. v. 27. Consilia Pha-
risæi & Principes Sacerdotum, cum senioribus populi frequen-
ter inierunt, nec acquieuerunt, donec, concitato plebis furo-
re, crudelibus manibus è medio Christum Dominum sustu-
lissent.

LXX.

Quo modo verò contumelia hæc ipsum Patrem non at-
tingeret, qui cum Filio unus est, non tantum volunta-
tis consensione, sed etiam essentia ac potentia equali-
tate?

LXXI.

Ceterum mundus semper sui similis eodem insana Deo-
maxia, furore percitus, nunquam cessat DEO & Christo eius
hostiliter repugnare.

LXXII.

Ostendit hoc vates, dum insolentes istorum conatus &
sceleratas voces, quas aduersus Christum eructant, ^{4. Hostiles} ~~mun-~~ impetus.
nōs exprimit: Disrumpamus vincula eorum, & proij-
ciamus à nobis iugum ipsorum.

☞

Vincu-

LXXIII.

Vincula &
iugum Chri-
sti quid?

Vinculorum & iugi appellatione Scriptura doctrinam Legis & Euangelij exprimere solet. Actor. 15. v. 10. Matth. 11. v. 29. Ier. 5. v. 5.

LXXIV.

Lex enim obligat omnes homines, vel ad obedientiam vel ad pœnam. Deut. 27.

LXXV.

Euangelica verò professione cum semper crux sit coniuncta; Christus eandem iugum suum appellat. Matth. 11. v. 29.

LXXVI.

Etsi verò Christi iugum suaue est, nec difficilis obedientia legi debita, si liberatio à iugo & maledicto Legis, per Christum facta, fide apprehendatur: utrumq; tamen genus doctrinae Mundus insensè odit, cum nec licentiam prauitatis suae vinculis Legis coërceri; nec sapientiam suam per Euangelij stultitiam confundi, a quo animo ferre possit.

LXXVII.

Iugum igitur Christi ceruicibus deicere, & dilaniare vincula discipline, totis viribus conatur istud genus hominum malè sanum, cui documenta salutis mera sunt comedes & manica, teste Sirac. 21. v. 22.

LXXVIII.

II. Alterius
exercitus

Haecenus bella mouentium aciem lustrauimus: Nunc Dei & Christi praesidia & expeditionem bellicam contem-
plabimur.

LXXIX.

Armaturam
duplicem.

Qui habitat in caelis, inquit vates, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos: Loquetur aliquando ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Utrumq; genus armaturae recenset, quo tam ad sui defensionem,

PSALMI SECVNDI.

nem, quam ad reprimendos & pessundandos hostiles conatus, utitur Altissimus.

LXXX.

Prius exprimitur λόγῳ αὐτ' ὀνόματι, dum Iehoua appellatur *Habitator coeli*, non quod in certa coeli creati & aspectabilis plaga sedem fixerit, aut circa cardines coeli obambulet, *Iob. 22. v. 12.* sed quod omnia ipsius subsint imperio, quodq; ubiq; dominetur praesens, omnia prospiciat, audiatur, curet, disponat, gubernet, &c. pro liberrimo immense sapientie suae arbitrio, & potestate infinita, secundum illud: Magnificatus est Dominus, quoniam in excelsis habitat. *Esa. 33. v. 5.*

1. ὄπλα πρὸς Φυλακίαν
x.
Deus quomodo in caelis habitare dicatur.

LXXXI.

Facit autem haec appellatio ad insignem ἐξ ἄθνησιμόν hostium, eorundemq; stolidissimorum conatum, quod obseruare est ἐν τῷ ἀλλήλοισ τ' ἐναντίων, à Regio Propheta constitutis, dum REGIBVS TERRAE HABITATOREM COELI opponit: quasi dicat: Miseri mortales, qui vix humi repunt, & caput ex terra puluere exerunt, qui cinis & putredo sunt, & umbra somnium, cum immortalis & praepotenti Deo bella gerunt: ô insaniam! Altius profectò sol constitutus est, quam ut rabiosorum canum latratus curet.

LXXXII.

Hoc igitur praesidio munitus altissimus ἀφ' ὑψήλων κατὰ γελᾶ θεομάχης istos, tot labores & sudores exantlantes ἀπρηκτον πόλεμον πολεμίζεν ἡδὲ μάχεσθ.

LXXXIII.

Ἀνθρωποπαθῶς Deo risus tribuitur, non quod in DEVM eiusmodi affectus cadat: sed ut ex natura nostrae consuetudine nosceremus, quale in impios sit iudicium Diuina voluntatis, ut loquitur Hilarius, seu ut Hieronymus interpreta-

2.
Risus Dei quid?

A N A L Y S I S

pretatur, deridet DEVS, cum homines derisu digna facere ostendit.

LXXXIV.

Et latet hic argumentum *παρὰ τὸ δυνάτῃ*. Ostendit enim Spiritus Sanctus, Deo nec presidio externo, nec labore multo opus esse, ut se defendat, cum quietus è sublimi hostes rideat, eorundemq; machinationes & impetus uniuersos, si velit, vel unico oris flatu dissipare nullo negotio possit.

LXXXV.

3. Quod verò nolit tumultus istius otiosus spectator esse, sed cauere sibi suisq; ab hostium insultibus, mox psaltes inuit, cum ait: Dominus subsannabit eos, hoc est, infatuabit ipsorum consilia, ut mendacium edant, qui animo conceptum scelus parturiebant, *Psal. 7. v. 15. Seu, ut Esaias loquitur: Stipulam pariant, qui quisquillas conceperant. Esa. 33. v. 11.*

LXXXVI.

2. ὅπλα ἀμυν-
τήρια.

Ceterum ea potentia & robore Iehoua instructus est, qua non tantum sibi suisq; immunitatem prestare, sed etiam hostium vires comminuere & funditus delere possit.

LXXXVII.

1. Loquetur eis, inquit Vates Regius, in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

LXXXVIII.

Sermo Dei
irati qualis?

Verba, quæ loquitur Dominus, non, ut hominum, *πρό-
βουλα* sunt *ἔπαια*: sed penetrantia *ἰσχυρὰ πᾶσαν μάχαιραν δι-
σομον*, *Hebr. 4. v. 12.* Præpotens est sermo Domini ac robore & fortitudine præstat, *Psal. 26. v. 4.* Quæ dicit facit, *Psal. 33. v. 9. Ezech. 37. v. 14.*

LXXXIX.

Quòd si in ira loquitur cum hostibus, hoc est, si pœnas
mina-

PSALMI SECUNDI.

minatur preuaricatoribus, non sunt comminationes ista fulgura ex pelui, sed Diuina Νεφέρας ultrices copia, presentissimum exitium hostibus accelerantes, imò nationem improbam funditus excidentes, iuxta illud Prophetæ: Repentè loquor aduersus gentem & aduersus Regnum, vt eradicem, vt destruam, vt disperdam illud. Ier. 18. v. 7.

XCI.

Hoc ipsum verba quoq; Psalmi indicant: Conturbabit Dominus (hostes) in furore suo. Vbi vox קָרַב cum seueritate celeritatem temporis importat: Subitò enim, dum non speratur, venit contritio. Esa. 30. *Tota autem Phrasis ad terrores ac morsus conscientie non incommodè referrì potest. Quos enim furor Domini conturbat, his ea affertur animi anxietas & perturbatio, vt quò se vertant, non habeant, sed perpetuò vermis rodentis morsu conficiantur. Esa. 66. v. 24.*

2.
Conturbatio hostium.

XCI.

Atq; hæc prima huius Psalmi pars est, quam ad doctrinam & consolationis capita strictim reuocare iuuat.

Ποιομας
primæ par-
tis:

XCI.

Primùm de mundi furiosi execranda nos monet improbitate. Cum enim Deus Regibus ac Principibus potentiam & imperium; viris consultis sapientiam; hominibus vniuersis ζωὴν καὶ σωτὴν κατὰ πόλιν largiatur: Christus verò omnium salutem vnicè desideret, quam etiam vitæ & sanguinis proprii impendio toti hominum generi acquisiuit: hæc pro beneficijs tot actantis Deo & Christo eius gratia refertur, quòd omnes potentie ac sapientie nerui in oppressionem Euangelij Christi intenduntur. Cumq; omnium etiam pestilentissimarum impietatum superstitionum & heresum furores & idolomaniam mundus ferat, solam doctrinam Christi ferre non

I.
Αἰδανλὺν
I. De Mundi
malitia de-
testanda.

C 3

potest,

A N A L Y S I S

potest, quam instar iugi intolerabilis excutere omnibus viribus & studio indefesso conatur.

XCIII.

a. De Regni
Christi con-
ditiōe

Regni deinde Christi conditio obseruanda est, quod vix unquam sine tumultu veniat. Et si enim Euangelium, quo colligitur regnum illud, pacem & salutem nunciat: tamen, quia serpens antiquus calcaneum Christi acerbè mordet, nec unquam eidem auxiliaria desunt copia, quas mundus in maligno positus suppeditat, ciues Regni Christi, tribulationes, exilia, persecutiones, & mille pericula, dum in hac versantur militia, perpetuò manent, secundum illud Prosperi:

*Nunquam bella pijs, nunquam discrimina desunt,
Et, quo cum certet, mens pia semper habet.*

XCIV.

II.
Nicht zu
Ne offenda-
mur turbis,
quibus Ec-
clesia inuol-
uitur.

Abijcienda igitur sunt speciosa cogitationes pacis, nec tentanda conciliationes cum hostibus Euangelij, quas multi frequenter, sed nunquam felici cum successu attentarunt. Omnes naturâ abhorremus à turbis, inquit Lutherus, & amamus pacem pulcherrimam rerum, sed qui his cogitationibus indulgent in Regno Christi, paulatim eò pertrahuntur, vt studio pacis Regnum Christi amittant. Proficiscuntur enim hæ cogitationes ex mera ignorantia regni Christi. Diabolum non coercabis, quò minùs aduersus Christum insurgat, frustra ergo manus, oculos, pedes eius, hoc est, Principes, Potentes, Doctores impios, &c. quò minùs insurgant, ligabis. Tom. 4. Latin. Ienens. fol. 754.

Vide etiam breuem eiusdem admonitionem tribus symbolic adiectam. Tom. 6. Germ. fol. 539. &c.

XCV.

III.
nicht zu

Sed consolatione solida animus muniendus est, cuius argumen-

PSALMI SECUNDI.

argumenta, & numero bene multa, & pondere grauiſſima, hæc Psalmi ω εικοπή nobis suggerit.

XCVI.

Σ υμπέρασμα hoc Spiritus S. ipse constituit: MEDITANTVR IN ANIMA. Probatio ex ἀντιθέσει exercitus, utriusq; & ω ανοπλίας, quibus uterq; instructus est, petitur. 1. Reges, Principes, Populi cum Deo & Christo eius belligerant. 2. Illi χ οῖκοι, Hic ἐν τοῖς ἔξουοῖς κατοικῶν, quem, etiamsi Gigantea molitione montes coaceruent, non expugnabunt tamen; ipse verò, licet in summitatibus montium nidum ponant, & capita inter nubila condant, tamen deturbabit ipsos. 3. Pugnant illi Φ ρουαγματία, μελέταις, ἀντιπαρρασία, & omni violentia conatu: At Opitulatur noster γ έλωλι η μ υκλήσειμῶ insanos furores eludit, & Δ υμολογίας η τ αράξει ὀργῆς ἀσέεσ hostes prosternit. Prius igitur cælum & terram miscebunt, quàm regnum Christi demolientur.

XCVII.

Magna hæc sunt, sed in oculis fidei, non carnis. Regnum enim Christi fidei Regnum est, in quo aliud longè in sensum carnis & sanguinis incurrit, quàm corpium ex verbo virtutis & veritatis percipit. Etenim homo vetus in hoc Regno Christi meras tribulationes, infirmitates, dolores & mortem sentit; Deo ridente, nos lamentamur: & sannas ac sarcasmos non dicimus, sed audimus à mundo tripudiante, & calamitatibus nostris insultante. Vasto igitur & amplo opus est fidei oculo, inquit Lutherus, qui vno aspectu omnem potentiam & sapientiam mundi pro stipula accensa ducat, quam vno spiritu extinguere possit is, qui cælum & terram condidit. Item: Habitat ille, qui pro nobis sollicitus est securus & quietus, & si nos turbamur, non turbatur ille, qui curam nostri habet.

Omnibus modis defensor noster hostibus superior est.

1.

2.

3.

IV.

Ναθελεῖον.

Fidei nō carnis opus est oculis, ut hanc cernas victoriam.

A N A L Y S I S

habet, nos fluctuamus; ille sedet, ne in æternum det fluctuationem iusto, *Psal. 55.* Verum hoc totum adeò absconditè, ut, nisi in coelis sis, non cognoscas. In terra, in aqua, in omnibus creaturis patris, abnegata tibi est ubiq; omnis spes auxiliij, donec fide & spe omnia transiliens eum attingas, qui in coelis habitat, tunc & tu habitas in coelis, sed fide & spe. Hic ergo ancora cordis nostri figenda est in omnibus tribulationibus, qua ratione fiet, ut non modò facilia, sed & ridicula fiant mala Mundi.

Sed hæc de prima Psalmi parte sufficiant.

C A P V T I I I.

Secūda pars
Psalmi.

De Regni Messiaë Constitutione
& amplitudine, Regis item officio
& potestate.

XCVIII.

Membra huius
partis:

Forma Orationis in secunda parte διαλογισμῶν est. Nam DEVS Pater cum Filio sermonem conferens introducit, ita quidem, ut Pater Filium Regem à se constitutum publica renunciatione declaret: Filius verò de sua persona & officio contestetur, & imperij amplissimi gubernacula, instar feudi à Patre sibi collata, cum absoluta imperij potestate in se recipiat.

XCIX.

I. Introductio Regis circumstantijs notata

Introductio Regis Sionij his verbis continetur: Ego constitui Regem meum super montem sanctum Sion.
C.

Vetus interpres ex Græcoreddidit: Ego constitutus sum Rex, &c. quasi verba sint Filij Dei. Et sunt ex Rabinis

PSALMI SECVNDI.

binis qui verbum מֶלֶךְ $\mu\epsilon\lambda\omega\rho\upsilon\mu\iota\kappa\acute{o}s$ interpretantur, quasi idem sit ac regnare, seu principem agere. Sed contextus in Hebræo hanc interpretationem non admittit, & Chaldaicus Paraphrastes hic suo functus est officio, dum verba ista in hanc interpretatus est sententiam: Ego autem vixi Regem meum, & constitui eum super Sion montem sanctum meum.

C I.

Consecrat igitur Regem Sionium & Principem gentium ac populorum designat, ipse mundi conditor & rerum Dominus, aduersus quem nec consilium valet, nec potestas ulla.

C II.

Rex, qui hac solenni inuestitura introducitur, unigenitus est Dei & Mariæ Filius, quem $\kappa\alpha\tau' \epsilon\gamma\omega\chi\lambda\omega$ Pater suum Regem appellat.

C III.

Etsi enim mundi quoque imperia à Deo sunt: Rom. 13.
 1. attamen quia ab hominibus administrantur, & circa humana occupata sunt negotia, $\alpha\delta\epsilon\omega\pi\iota\upsilon\varsigma \kappa\lambda\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$ appellatione à D. Petro meritò indigentantur, 1. Pet. 2. v. 13. & habent etiam suos imperij limites & terminos diuinitus sibi constitutos, Act. 17. v. 26. Ipsi verò Reges sicut homines moriuntur, Psal. 82. v. 7.

C IV.

At Rex Sionius cui $\alpha\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\varsigma$ tributa est omnis potestas in cælo & in terra, Rex est æternus. Luc. 1. v. 33. qui potestatem accepit ab antiquo dierum æternam, quæ non auferetur, & Regnum, quod non corrumpetur. Dan. 7. v. 14.

C V.

Forma seu modus initiationis Constituendi verbo מֶלֶךְ Quomodo exprimitur, quod & Psalmo octauo usurpatur. Estque in Hebræo

D

bræo

A N A L Y S I S

breo verbum קֹדֶשׁ , quod libandi seu fundendi habet significationem. Quemadmodum enim olim Reges & Sacerdotes officio præficiendi oleo perfundebantur: ita quoque Rex Sionius unctus est (in natura scilicet assumpta, in qua ungi poterat) oleo lætitiæ præ consortibus suis, Psal. 45. v. 7. & Spiritum sanctum accepit sine mensura, teste Baptista Iohan. 3. v. 34.

CVI.

4. Vbi? Sedes regia Mons sanctus Sion appellatur, quem locum olim Deus elegerat in tabernaculum & in requiem, sibi & arca sanctificationis suæ, Ps. 132. v. 5. 7. Eundem etiam natiuitati Messie assignauerat, Esa. 59. v. 20. Rom. 11. v. 26. Denique in constitutione Regni Filij sui & Ecclesiæ ex uniuerso hominum genere collectione initium hic fieri volebat. Esa. 2. v. 3. Psal. 110. v. 2. Actor. 1. v. 8.

CVII.

Hactenus institutum Patris Filium introducentis percepimus: Nunc Filium ad Ecclesiam Patris decretum & voluntatem referentem audiemus.

CVIII.

II. Narrabo, inquit, decretum eius: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vasa figuli confringes eos.

Concio Regis Sionij ad Ecclesiam, cuius partes sunt

CIX.

I. Primum pollicetur se enarraturum decretum Patris, hoc est, voluntatem de salute aeterna per fidem in Filium obtinenda.

προϊμιον & πρώτων concilians.

CX.

I. Profitetur itaque hac προθεραπεία, λόγον se esse εξαγγελικόν & ἑρμηνεὺν μεγάλων βεβημάτων & Θεῶν, hoc est, Patris ad hæ-

PSALMI SECVNDI.

ad humanum genus Oratorem seu internuncium, Ioh. 1. v. 18. Hebr. 1. v. 2. quem ab omnibus etiam audiri Pater serio precipit, Matth. 17. v. 5. & seueram minatur vindictam ijs, qui audire ipsum renuerint. Deut. 18. v. 19.

CXI.

Simul verò decreti huius Euangelici sanctione, Legis tacite innuit antiquationem, cum in solo Filio Patri complaceat, Matth. 17. v. 5. nec aliud nomen sub cœlo datum sit inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Actor. 4. v. 12.

2.

CXII.

Deniq, Filius Dei, hoc ipso enunciato, ad normam & formam statutorum & decreti huius, hoc est, ad doctrinam cœlestem, tam verbi Ministros, quam Christianos in vniuersum omnes sanctè vult astrictos. Matth. 28. v. 20.

3.

CXIII.

Premissa honoris & autoritatis Paternae mentione, summam decreti seu doctrinae cœlestis, quasi ex ore Patris recitat, quae res & ipsa mysterio non caret. Ostendit enim & Patris & Filij vnā eandemq, voluntatem esse, & Patrem omnia agere per Filium. Ioh. 5. v. 19. c. 12. v. 49.

2.

Εξήγησης πα-
terni decreti
testantis de
Christi

CXIV.

Decretum ipsum partim Christi Regis personam, partim officium attinet; cuius adiuncta sunt, Regni amplitudo, & maiestas hostibus terribilis & exitiosa diuinitus in Regem collata.

CXV.

De Christi Persona Patris edictum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. r. Persona.

CXVI.

Filius Dei Patris est Christus, non per naturalem ge-

D 2

nera-

A N A L Y S I S

nerationem, sicut homines filij Adam: Nec per adoptionis gratiam, quemadmodum nos, qui in Christum credimus Filij Dei nuncupamur: Nec per reuerentiam disciplinae aut etati debitam, quâ Praeceptores & seniores parentum loco à iuuenibus & discipulis haberi conuenit: Sed quia ex substantia Patris modo ineffabili ab aeterno est genitus.

CXVII.

Generatio
Filij Dei
qualis?

Factum hoc est (Damasceno teste lib. 2. cap. 9.) ἀπό
συνδρασμῶν, ἀπαβῶν, ἀζρόων, ἀπρόδρας ἢ ἀχωρίσας, &
genitus est Filius aeternus, Patre aeterno, neq; φύσις neq; ζῶ-
ν posterior, ἀπαύγασμα τῆς δόξης ἢ χαράς τῆς ἰσοστάσεως
& πατρὸς, teste Epistola ad Hebraeos cap. 1. v. 3.

CXVIII.

HODIE GE-
NVI TE.

Conuenienter autem hoc in loco aduerbium τῆς ἐνεστώ-
σης ζῶντος, coniungitur cum verbo γεννημένω HODIE
GENVI TE, ad denotandam Diuinae generationis perfectio-
nem. Coram Deo enim nec praeteritum quicquam est, nec
futurum, sed omnia extra tempus in aeternitate praesentia.
Aeternitas est, quod genitus est, gignitur & gignetur
sine fine, cui hoc est esse Filium, quod nasci ex Pa-
tre, nec nasci coepit nec desinet, sed semper nascitur
praesentissima natiuitate, ut Lutherus ex Augustino pie
philosophatur.

CXIX.

2. Officio.

Enunciato Patris, quò Christum Filium suum decla-
rauit, mandatum subijcitur, quod de officio Saluatoris no-
stri testatur, Postula à me, cui statim annectitur ὑπόχρεσις
seu promissio de amplissima hereditate, quam intercessione
sua à Patre aeterno Filius obtinuerit: Et dabo tibi gentes
haereditatem tuam & possessionem tuam terminos
terræ.

Postu-

PSALMI SECUNDI.

CXX.

Postulandi verbo officium Christi μεσιτης & ικετης nostri egregie exprimitur. Respondit enim vox ΚΥΡΗ verbo ΙΝΟΥ τδ'εν , quod rogandi seu intercedendi pro aliquo vim obtinet.

Quomodo Christus pro nobis intercesserit:

CXXI.

Nam & in consilio Trinitatis pro genere humano peccatis perditio Filius Dei intercessit, ac rebus desperatis consilium attulit longe saluberrimum.

1.

CXXII.

Et verò de clementissima sua ac Patris voluntate semper Ecclesiam erudivit.

2.

CXXIII.

Cumq; in forma Dei esset, non arbitratus est rapinam esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus & habitu inuentus vt homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens Patri vsq; ad mortem, Phil. 2. v. 6.

3.

CXXIV.

In diebus autem carnis suæ obtulit DEO Patri θεός τε καὶ ἰκέτης μετὰ κραυγῆς ἰαχυραῖς καὶ δακρύων &c. factus obedientibus sibi causa salutis æternæ. Heb. 2. 5. v. 4.

4.

CXXV.

Quin etiamnum ad dexteram Maiestatis ἐπιθυχάνει ὑπὲρ ἡμῶν ὁ παράκλητος πρὸς τὸν πατέρα. Rom. 8. v. 34. 1. Ioh. 2. v. 1.

5.

CXXVI.

Hac verò intercessione sua, hoc est, virtute meriti & laborum suorum, Regnum obtinuit amplissimum, Gentes nimirum in hæreditatem & fines terræ in possessionem,

3. ὑπόχριστος de amplissima hæreditate, &c.

nem, ut dominetur ab altero mari ad mare alterum, à flumine ad extremum terræ, *Psal. 72. v. 8.* & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiant. *Dan. 7. v. 14.*

CXXVII.

Qua quidem promissio de amplitudine regni Messia, seu de collectione Ecclesie ex uniuerso Mundo olim facta, adimpleta est, cum in mundum uniuersum ablegauit discipulos Saluator noster, & iussit ipsos annunciare Euangelium omni creatura. *Marc. 16. v. 15.*

CXXVIII.

Quemadmodum enim Christus Iesus olim minister fuit circumcisionis ἵνα ἐξ ἀληθείας θεῶν, ad confirmandas promissiones patribus factas: Ita Gentes ἵνα ἐξ ἐλέους Deum glorificent, quod ex Mose, Psalmis & Prophetis Apostolus probat. *Rom. 15. v. 8.*

CXXIX.

Vtraque igitur gens pertinet ad κληρονομία Christi, κληρονομία χάριτος ζωῆς ἀφθαρτον ἢ ἀμίαντον ἢ ἀμάραντον ἐν ἔσχατοις τετερημένην. *1. Pet. 1. v. 4. cap. 3. v. 7.*

CXXX.

4. πείραγμα
de coërcen-
dis præfra-
ctis, &c.

Postremò in hac secunda Psalmi parte potentiam Regis hostibus formidabilem vates commemorat, ut à vanitate θεομάχης istos magis etiam deterreat, & mox secutura θάλασσα fundamentum sternat.

CXXXI.

Sic verò ex ore Patris gubernationis modum & rationem Filius commemorat: Depasces eos in virga ferrea, & sicut vasa figuli comminues eos.

CXXXII.

ῥάβδος.

Μετωνυμικῶς signum pro re signata usurpatur. ῥάβδος seu sceptrum insigne Regium est, & denotat summum & inflexi-

PSALMI SECVNDI.

inflexibile recti studium, omni πρῶτον ἀπολαύσεως affectu, & gratiâ, quasi fronde spoliatum, seu exactam iustitia normam, ad quam omnia in gubernatione dirigi conuenit.

CXXXIII.

Sceptrum Regis Sionij doctrina est cœlestis, seu verbum Dei ὡς πῖνον ἢ θεῖον ἕρπον, 2. Tim. 3. v. 16. 2. Pet. 1. v. 21. per quod summa iusticia & equitate regnum Christus suum administrat, unde מִשְׁכָּב מִיֶּשֶׁר, id est, virga equitatis, sceptrum hoc appellatur, Psal. 45. v. 6. iustos nec non tutos & incolumes prestans eos, qui flexu cordis contriti Diuinam hanc Euangelij virgulam fide apprehendunt.

Sceptrum
Regis Christi
quale.

CXXXIV.

Quemadmodum verò ἀμφοτέρων βασιλεὺς ἀγαθὸς καὶ ἀνὴρ ἀχμῆτης, Rex bonus & bellator inclytus est Rex Sionius: ita quoque virgâ virtutis seu sceptro Regni sui utrumque prestat, gratiam nimirum & salutem credentibus & hostibus exitium.

CXXXV.

Posterius Propheta hic persequitur, & significantissimis loquendi formulis, quæ fata impios maneat, tanquam ad oculum demonstrat.

CXXXVI.

Metaphora enim à pecoribus radicitus prata & viridia depascentibus deducta, ostendit funditus impios eradicandos esse, secundum illud Propheta: Percutiet terram virga oris sui, & Spiritu labiorum suorum impium necabit. Esa. 11. v. 4. Item illud Pauli: ὁ κύριος & ἀναλώσει τὸ αἴματι τῶν ἁμαρτιῶν & σώματι αὐτῶν. 2. Thess. 2. vers. 8.

DEPASCES.

Egre

CXXXVII.

Impij vasis
fictilibus fi-
miles.

Egregia deinde *ἡ ἀπορροια* impios vasis fictilibus confert, quibus fragilius nihil est, & si frangantur nihil abiectius.

CXXXVIII.

Quemadmodum igitur ferri intentatum robur vasis, seu vitreis seu testaceis, perniciem presentissimam & pestem extremam infert: Ita impij quantumvis potentia, consilio ac viribus pollere sibi videantur: tamen ad sceptrum aeneum seu malleum illum petras diffidentem (Ier. 23. v. 29.) collisi, conteruntur & in nihilum rediguntur iuxta illud Propheta: Subito, dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut lagenula figuli contritione praeualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua igniculus de foco, aut parum aquae de fonte gestari possit. Esa. 30. v. 14.

CXXXIX.

Προλογικὰ
secundae Psal-
mi partis?

Huc usq; secunda Psalmi pars, de Regni Christi constitutione, amplitudine, &c. quam si ad usum *ἡ ἐπίστασις* theologiae reuocare vellemus, de praecipuis nonnullis doctrinae capitibus, ut & alijs ad consolationem & eruditionem facientibus, materiam nobis praerberet amplissimam. Sed instituti memor summa saltem sequar fastigia rerum.

CXL.

I.
Διδασκαλικὰ.

Primum agnitionis Dei verae, quae cum essentia, tum voluntatis est, documenta hic habentur.

CXLI.

i. De SS.
Trinitate.

In essentia unum, Trinum verò in personis DEVM confitemur. Harum personarum discrimina hic reperias. Pater enim genuit Filium ad imaginem suam, eumq; mediatorem & Regem constituit: Filius à Patre genitus, Ecclesiae gubernationem in se suscipit: Spiritus S. de utroq; procedens per os Davidis loquitur.

Volun-

PSALMI SECVNDI.

CXLII.

Voluntatis Diuinae manifesta indicatio est in publicatione decreti, de intercessione, merito, beneficijs collectionis, conseruationis, gubernationis Ecclesiae, &c. quod quidem decretum absconditum à seculis Filius Dei hominibus reuelauit, & in plenitudine temporis obedientia sua adimpleuit.

2. De Diuina voluntate.

CXLIII.

Agnitionis huius tam essentia quam voluntatis Diuinae Norma est verbum Dei: imprimis Euangelium, quod est Decretum Patris de Redemptione generis humani per fidem in Filium, seu testimonium de Christo μεσίτην ἕν ἁγίου πνεύματος. Hinc verò ex contrario sensu alterum doctrinae genus Ministerium nimirum Legis, eiusque in Ecclesia usus facile apparet, ut patefaciat nimirum peccatorum magnitudinem, & seueritatem irae Dei, quae non nisi intercessione & morte Filij Dei placari potuit.

3. De Doctrina Ecclesiae.

CXLIV.

Ceterum doctrinae quoque de Maestate, Christo secundum humanam naturam collata, euidens hic testimonium habemus. Qui enim cum Patre & Spiritu Sancto in caelis habitat, hoc est, omnia regit & gubernat, Rex Regum & Dominus Dominantium, hereditatem gentium & imperium vniuersi accepit, non in ea Natura, in qua antea habuit, sed in ea, in qua ἐν ἑσθῶ accipere illud potuit.

4. De Maestate Christi hominis.

CXLV.

Hanc assertionem Sacramentarijs, cum Arrianis, in deprauatione dictorum, quae de Maestate Christi hominis loquuntur, sese coniungentibus, constanter opponimus: Et vel ipsius Caluini testimonio hostes maestatis Christi conuincimus, qui verba Psalmi in hunc sensum interpretatur:

E

Etsi

A N A L Y S I S

Etsi quatenus æternus est sermo Dei, penes eum iure summum imperium & Maiestas semper fuit, *VT NULLA ACCESSIONE CRESCERE POTVERIT: TAMEN EXALTATUS IN CARNE FUIT, IN QVA INDVERAT SERVI FORMAM.*

CXLVI.

5. De gentium ad Ecclesiam vocatione.

De gentium ad societatem Ecclesie vocatione, illustre hoc vaticinium obseruetur: Dabo tibi gentes, &c. Cuius promissio illustris apud Esaiam respondet, cum Filium Messiam Pater his compellat verbis: Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israël conuertendas: Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea vsq; ad extremum terræ, Esa. 49. v. 6. qua de re consulatur 15. Caput Epistole ad Romanos.

CXLVII.

Quæ verò de regno Christi hic ἀξιωματικῶς Spiritus Sancti afflatu enunciata sunt, quinto disputationis nostræ capite, huic loco peculiariter destinato, videbimus.

CXLVIII.

II. *ἡ ἀποκρίσις*

Varia deinde consolationis argumenta, & hæc Psalmi præbet ὡς ἀποκρίσις.

CXLIX.

I. Contra furores Mundi.

Si hostes cum furore in nos insurgant, cogitemus illud: Christus constitutus est Rex æternus ab æterno Patre. Qualis Rex, tale quoque Regnum eius, cui utiq; inferorum porta non preualebunt, Matth. 16. vers. 18. Ergo nec nobis, qui ciues sumus, Regni huius, & pulchra Christi hæreditas, Psal. 16. vers. 6. Manente Rege, inquit Luthe-

rus,

PSALMI SECVNDI.

rus, manebimus & nos, fremente Pontifice, Turca,
& inferorum portis Regem hunc impugnantibus,
non desperabimus, donec detrusum ipsum de thro-
no suo viderimus.

CL.

Ne verò Θεομάχων istorum sapientiâ, potentiâ, fastu
& fortune splendore offendamur, ob oculos nobis ponamus,
spectaculum illud festiuum & iucundum imprimis, de ollis
vestaceis, cum aeneo sceptro bellum gerentibus. Illa hiante
ore, distento ventre, soni fragore mirum se efferunt, sed vix
unicum sceptri ferrei ictum excipere, nedum sustinere pos-
sunt, quin protinus in minutissimas disiliant particulas, &
fragmenta fiant abiectissima.

2. Contra
scandalum
ex hostium
felicitate.

CLI.

Sed iterum fidei opus est oculo: non enim statim con-
teruntur, Christo qui resistunt, imò Ecclesiam virgis &
malleis ferreis miserabiliter exercent: Domini itaq; dies
patienter expectandus est, qui aduentus sui flammis hostes
absomet: Interim sufficiat nobis, quòd in medio hostium do-
minatur, & iudicio iusto suo nunquam non horribilem rui-
nam iisdem minatur.

CLII.

Quòd si peccatorum & conscientie nos urgent stimu-
li, & animis nostris triste obuersatur indignitatis spectrum,
dulcissima nos erigat & sustentet promissio, quòd hære-
ditas sumus Christi, & cum Apostolo ex hoc Psalmo
firmiter concludamus: *ἤτις ἔτι τυγγάνουλι ἰπὲρ ὑμῶν*,
quis crimina nobis intentabit? quis condemnabit?
Rom. 8. vers. 34.

3. Contra
tentationem
indignitatis.

A N A L Y S I S

CLIII.

III. *Πασιδὸβλητὰ.* Sed & nonnulla πρὸς τὴν παύδαίαν ἐν δὲκατοῦνῃ faci-
entia hīc sunt obseruanda.

CLIV.

I. Argumen-
ta obedi-
entiae Deo præ-
standæ.
In genere obedientiae notentur argumenta. Vt enim
Filium audiamus, eiusq; obsequamur voluntati: 1. Patris
imprimis mouere nos debet autoritas, qui Filium hunc suum
1. Regem constituit, populos eidem subiecit, & gloriam Filij
2. querit, iudicat, vindicat. 2. Idem Filij meritum à nobis
exigit, qui intercessione & obedientia sua optimè de nobis
meritus est, & pro beneficijs infinitis, officia & obsequia suo
3. iure & merito à nobis vicissim requirit. 3. Quin & digni-
tas & excellentie nostræ ratio hoc ipsum flagitat: Filij su-
mus & heredes Dei. Igitur hereditatem hanc incorruptam
& integram conseruare studeamus, fidem & bonam consci-
entiam retinendo, ne, aut Tyrannorum violentia, aut mun-
di illecebris, aut qua alia Diaboli arte & fraude superari
nos patiamur.

CLV.

2. Exemplū
pro Ministris
Ecclesie.
In specie Pastores exemplo Christi discant muneris sui
partes: 1. Sine vocatione honorem sibi ne sumant, exem-
plo Christi, qui non seipsum glorificauit, vt fieret Pontifex,
sed ab eo honorem accepit, qui dixit illi: Filius meus es tu,
1. ego hodiè genui te. Hebr. 5. v. 5. 2. In officio constitu-
ti non suam, sed Christi annuncient voluntatem, quemad-
2. modum hic Patris sui decretum enarrauit. 3. Omnia de-
3. nig, ad agnitionem Dei in Christo referant, siquidem hic sco-
pus est totius Euangelij, & fundamentum salutis vni-
cum. Iohan. 5. v. 39. Actor. 10. v. 43.
Rom. 1. v. 16. Gal. 1. v. 9.

CAPVT

CAPUT IV.

Exhortatio ad obedientiam & fidem Regi Sionio præstandam.

Tertia & ultima Psalmi pars.

CLVI.

Propositum est Spiritui Sancto reuocare homines ab hostilibus, & sibiipsis maximè exitiosis, repugnandi Christo conatibus, & inducere uniuersos ad obedientiam & fidem Regi huic præstandam: Igitur in fine Psalmi grauisssimam instituit *περὶ τὸ πλὴν*, ut quod in votis habet, à mortalibus faciliùs obtineat.

CLVII.

Et nunc Reges, inquit, intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite Domino in timore: Exultate ei cum tremore. Osculamini Filium, ne quando irascatur, & pereatis in via, cum exarserit in breui ira eius: Beati omnes qui confidunt in eo.

CLVIII.

Grauisssima hæc *ὁμοιωσις* est, cuius *περὶ τὸ πλὴν* seu τὰ ἐν *κῶλυ* perpendere opera precium erit. Considerandum autem: 1. Quos compellet vates. 2. Quomodo. 3. Quid exigat. 4. Rationes cur monitioni suæ locum concedi velit.

Circumstantiæ huius *περὶ τὸ πλὴν*.

CLIX.

I. Reges & iudices terra imprimis compellat Regius Propheta, idq; propterea facit, ut, qui Satana & propriæ voluntatis instinctu primas in sceleratâ illa aduersus Christum militia tenebant, oraculo Diuino moniti, à Gygantea audacia & molitionibus insanis discedant, & ad Regnum Christi promouendum inducantur.

I. Quos compellet Propheta.

Cur Reges & Principes?

CLX.

2. *Cumq; ad horum affectus & placitum subditi ut plurimum sese accommodare soleant, ita ut tales plerumq; sint ciues, quales rerum publicarum principes, horum exemplo subditos etiam ad pietatis cultum Spiritus Sanctus vult inuitatos.*

CLXI.

Nam & in genere verum est, quod dicitur:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Et verò in Regni Christi promotione mores & instituta Principum apud subditos plurimum momenti habent, de quo Lutheri verba, quæ ad hunc Psalmi locum annotauit, ascribo: Si magistratus, inquit ille, Christo seruit & obedit, populus cursum Euangelij remorari non potest: At si Euangelium ille persequitur & contemnit, in plebe nulla est spes salutis & opis, quam afferre possit. Florentibus igitur Ecclesijs & Scholis, Christus Magistratui abundè benedicit: Contrà si Ecclesiæ & Scholæ (sine quibus verbum Dei exulat) negligantur, culpa omnis hærebit in ijs, qui in imperio sunt, & magistratum gerunt, quibus utiq; eueniet, quod hîc prædicitur: Peribunt in via Domino irascente. Luth. Tom. 8. Ienens. Germ.

CLXII.

3. *Cum itaq; in eo autoritatis & potentia fastigio constituti sint Reges ac Principes, ut, si velint, Ecclesiæ præclaram & salutarem operam nauare planè possint, Deus hac ipsa inuitatione grata se habere ipsorum obsequia & pieta-*

PSALMI SECUNDI.

pietatis studia, quasi publico quodam monumento testatum
facit.

CLXIII.

I. Forma $\omega\epsilon\tau\epsilon\sigma\pi\eta\varsigma$ duobus hisce verbis exprimi-
tur: Intelligite, Erudimini. Vtrumq; in statu ponitur
absoluto, q. d. Facite intelligatis, Agite sitis eruditi. Quo
quidem omnem curam & intelligentiam adhiberi vult, ut
Reges & iudices & horum exemplo subditi exuta hosti-
liter Christo reluctandi cupiditate, iugo eiusdem se sub-
mittant.

II.
Quomodo?

CLXIV.

Quò etiam pertinet aduerbium $\xi\ \epsilon\upsilon\sigma\omega\tau\ \&$ & ipsum **ET NVNC.**
 $\omega\epsilon\tau\epsilon\sigma\pi\eta\varsigma$ valde accommodatum: significat enim non pro-
crastinandam esse, sed maturandam pœnitentiam, & cul-
tum Regi debitum sine mora esse præstandum, antequam
pœne ingruant, & gratiæ ac clementiæ diuinæ fores præ-
cludantur. Matth. 25. v. 10.

CLXV.

Voces illæ, Intelligite & Erudimini, ita distingui pos-
sunt, ut altera ad $\xi\omega\sigma\gamma\iota\alpha\varsigma$, altera ad $\pi\epsilon\acute{\alpha}\xi\iota\upsilon$ theologiam
accommodetur.

Discrimen
intelligentiæ
& Erudicio-
nis.

CLXVI.

Lutheri verbis hoc discrimen propono: Duo sunt, in-
quit, quæ Reges & Principes & omnes in vniuersum
homines in doctrina Euangelij offendunt. I. Quod
Christus crucifixus & damnatus, & Deo autore, se-
cundum Legem maledictus, prædicatur tamen Do-
minus Dominantium: Difficile est hunc agnoscere
Regem, qui tam ignominiosam mortem subiit:
Sensus repugnat, ratio abhorret, vsus negat, exem-
plum

plum deest. Plane hæc est stultitia gentibus & scandalum Iudæis, nisi per hæc omnia mens eleuetur.
II. Quia Rex iste sic regnat, ut doceat contemnenda, quæ mundus sperat, amanda quæ timet: crux, odium mundi, ignominia, paupertas, fames, mala omnia non fugienda sunt, quia ipse stultus factus est, & mortuus Mundo. Hunc quomodo sustinebit, qui sensu nititur? qui rem metitur ratione? Ideò **I N T E L L E C T V** opus est & **E R V D I T I O N E**, quibus hæc transcendantur, & visibilibus contentis in inuisibilia rapiamur, non suspicientes quæ super terram, sed quæ supra sunt, ubi **C H R I S T V S** sedet ad dexteram Patris.

CLXVII.

Est igitur **E R V D I T I O**, inquit idem ille, auersio cordis à rebus pereuntibus: Sicut **I N T E L L E C T V S** conuersio & apprehensio rerum æternarum: Illam crux operatur, in carnis mortificatione: Hanc Spiritus in carnis viuificatione.

CLXVIII.

III.
 Qui cultus
 exigatur?

III. Ceterum cultus, Regi Sionio prestandus, κατ' ἑβραϊστικῶς exprimitur his verbis: Seruite Domino in lætitia, & exultate ei in tremore, osculamini Filium, &c. Quibus, ut virium, sapientie ac potentie propria fiduciam deponant, & Christum Regem ac Dominum agnoscant, colant & venerentur, seriò mortalibus præcipitur.

CLXIX.

Estq; notanda ἀντιμεταβολὴ seu μετάθεσις, qua cum seruitute timorem, & cum exultatione tremorem Spiritus Sanctus hic coniungit.

Vtrumq;

PSALMI SECVNDI.

CLXX.

Vtrumq; enim extremorum vitare iubemur, ne vel *Exultare in*
securitate carnali iudicium Dei aduersus peccata contemna-
mus: vel etiam percepto ira & indignationis diuine sen-
su, dubitationum & desperationis fluctibus absorbeamur:
sed consternati terrore iudicij diuini, fiducia in Christum
Mediatorem nos erigamus & sustentemus, & letitia cor-
dis ex remissione peccatorum in Deo acquiescamus, eiq; in
timore (sed filiali) perpetuo seruiamus. *tremore,*
&c.

CLXXI.

Summam itaq; Christiana vita hac *καρπύνησιν* com-
 plectitur, qua consistit in timore Dei coniuncto cum fiducia
 animum inter paucos erigente, ut accessum habeamus ad
 DEVM, cum *πληροφροσία* & *πειροβήσιν*, certi, quod Remis-
 sionem peccatorum & omnium bonorū abundantiam, per &
 propter meritum & intercessionem Filij Dei IESV CHRIS-
 TI, obtineamus.

CLXXII.

Hac fide pralucente seruitur Deo in iustitiā & sancti-
 tate ipsi placente in vite & vocationis cuiusq; statione,
 Luc. 1. v. 75. & fructus fertur *εν* *επομονή*. Luc. 8. v. 15.

CLXXIII.

Vera Christianorum seruitus est, inquit Luthe-
 rus, obedientia DEO debita iuxta voluntatem in ver-
 bo patefactam. Ingredivimur enim ad DEVM per fi-
 dem; egredimur per obedientiam. Facit enim iusti-
 ficatus fide iusta, quilibet in sua vocatione & gratias
 Deo Patri in omnibus agit per Christum.

CLXXIV.

Porro *αιαλή* & *εξαιρέσις*: Osculamini Filium ne *Osculari Fi-*
irascatur, Propheta Regius ostendit, Neminem grata Deo *liū quid sit*
F - obse- *l.*

A N A L Y S I S

obsequia prestare posse, nisi Filium Regem Sionum amplectatur, eiusque salutaris imperio gaudeat, & in bonitate ac clementia ipsius totus acquiescat.

CLXXV.

Omnis igitur cultus cum Iudeorum tum Gentium, qualis qualis ille sit, tanquam abominatio reprobatur, si absque fide in Christum Deo prestetur.

CLXXVI.

3. Simul vero Φιλαδελφία ἢ χάρις ἔστι θεῶν ἡ σωτηρία τοῦ πάντων ἀνθρώπων πατρὸς ἡμῶν (ut Paulus eam describit Tit. 2. v. 11.) velut in imagine depicta hac phrasi exprimitur, quod nimirum Filius Dei in mundum venerit, amanter & suaviter nos amplexurus, offerens uniuersis suauissimum amoris, pacis & reconciliationis, hoc est, salutem & vitam eternam cum omni presentis & futuri seculi bonorum copia.

CLXXVII.

3. Sed & officium nostrum hac παρακλήσεως parte requiritur, ne videlicet colaphos cum Iudeis & Turcis blasphemantibus Christo impingamus: aut opera manuum nostrarum cum Idololatriis exosculemur: aut cum hypocritis osculum fucatum & foetidum ei offeramus, sed ut toto corde Filium amplectamur, neque aliud desideremus, quam Christum, qui factus nobis est sapientia, iustificatio, sanctificatio & redemptio. 1. Cor. 1. vers. 30.

CLXXVIII.

Huc pertinet, quod D. Bernhardus hunc Psalmi locum enarrans, triplex osculum constituit: pedum, quod adorationis: manuum, quod homagii; & oris, quod amoris & pacis symbolum sit: Et hinc tria officij genera Regi Sionio debita elicit. Ostendit enim huic prestandum esse: 1. Osculum pedum,

Triples osculum:

Huc pertinet, quod D. Bernhardus hunc Psalmi locum enarrans, triplex osculum constituit: pedum, quod adorationis: manuum, quod homagii; & oris, quod amoris & pacis symbolum sit: Et hinc tria officij genera Regi Sionio debita elicit. Ostendit enim huic prestandum esse: 1. Osculum pedum,

PSALMI SECUNDI.

pedum, hoc est, cultum adorationis, cum & γνήσιος ac Πα- Pedum.
τρι ὁμοῦστος & ἰσὸλυτος Dei Filius sit, & verò in assumpta
natura nomen acceperit, in quo omne genu flecti de-
beat coelestium, terrestrium & inferorum, Phil. 2. v. 10.

2. Osculum manuum, hoc est, obedientia fidem seu homa- Manuum.
gium, quo eidem nos obstringamus, quòd omnia studia, a-
ctiones & passionis nostras in vita & morte unice eius glo-
ria inservire debeant. 3. Osculum deniq, oris & mutui Oris.
plexus, ut Christum Dominum ac Salvatorem nostrum,
qui nos dilexit eis τέλει (Ioh. 13. v. 1.) nec vitam propri-
am chariorem habuit salute nostra, vicissim ex toto corde
supra omnia diligamus, nec quicquam prius aut potius ha-
beamus, testificatione nostra erga ipsum obseruantia.

CLXXIX.

IV. Restat in hac postrema Psalmi parte, ut rationes, IV.
quibus ἀπαίτεσι Regius Vates muniuit, perpendamus, quae Quibus im-
quidem ἀντιθέσι constant poena manentis praefractus, & con- pulsiuis
tumaciter in peccatis perseverantes, & praemij obedientibus
promissi.

CLXXX.

Prius argumentum his exprimitur verbis: Ne quan- r. Vindictae
do irascatur Dominus, & pereatis de via, cum exar- diuinæ seue-
serit in breui ira eius. ritate.

CLXXXI.

Seuerum scilicet iudicium & vindictam ira minatur
David ijs, qui Christum scelerati contemnunt, & quidem
non mortalis, sed immense & perseverantis ire Domini
illius, cuius imperium nemo effugerit; vindictam nemo
eluserit.

CLXXXII.

Si enim, ut in Proverbio est, Regum manus longe sunt,

A N A L Y S I S

nec facile est effugere iram & indignationem eorum, qui longè lateq; imperant: Quantò grauius erit sustinere furorem illius, qui imperium tenet à mari ad mare, Psal. 72. v. 8. à cuius spiritu & facie vt effugias, non datur locus, si vel alis auroræ sumptis ad extremum maris Atlantici penetres. Psal. 139. v. 7.

CLXXXIII.

Nec verò immensa tantum est, sed & seuera admodum ac horrenda diuina Nēpeoris, cum exardescens impios cum vijs, hoc est, institutis & omni felicitate absumat, ac funditus perdat.

CLXXXIV.

Gloriantur sanè in malitia sua impij, & fortune splendore insolenter efferuntur, Psal. 52. v. 1. 73. v. 5. at flammis exardescens furoris Domini correpti in nihilum cum omni fastu, robore & felicitate sua adeò rediguntur, vt & nominis ipsorum fama ex hominum memoria euclatur. Psal. 9. v. 5.

CLXXXV.

Ignis enim accensus est in furore meo, inquit Dominus, & ardebit vsq; ad inferni nouissima, & deuorabit terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Deut. 32. v. 22.

CLXXXVI.

Quin & hoc facit ad exaggerandam horrendi iudicij istius magnitudinem, quòd subito exardescere furorem Domini David commemorat. Subitò enim, dum non speratur, venit afflictio, Esa. 30. v. 14. Et cum dixerint pax & securitas, repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnaanti, nec effugient tamen. 1. Thess. 5. v. 3.

Oderint

PSALMI SECVNDI.

CLXXXVII.

Oderint igitur vel pœnæ formidine peccare improbi, qui virtutis & pietatis amore facere hoc refugiunt. Planè enim: Iratum grauis est res habuisse DEVM.

CLXXXVIII.

Alterum persuasionis argumentum à larga pietatis remuneratione ductum, grauissima hac continetur sententia: Beati qui confidunt in eo. seu:

2. Obedientia fidelium utilitate.

Felices omnes, quibus est spes vnica Christus.

CLXXXIX.

Opponit nimirum Psaltes gratiam & salutem in Christo erga credentes pœnæ impijs statuta, ut ostendat, Deum non tantum iustum & fortem esse Zelotem, vindicantem scelera & impietatem: sed bonum etiam, clementem, misericordem & benignum ijs, qui vera fide Filium amplectuntur, quibus gratia & salus aeterna dulcissima hac promissione recipitur.

CXC.

Continet igitur hoc Περὶ Φωνῆς (ut coronidem huic postrema Psalmi parti eandem cum superioribus imponamus) precipua aliquot doctrinae capita, qua extremo quasi digito saltem attingemus.

Περὶ Φωνῆς
tertia huius
partis:

CXCI.

I. De Christo Saluatoris nostri Deitate insigne hoc testimonium est. Si enim osculandus, hoc est, fide amplectendus est; si fiducia cordis in ipsum collocanda, Deus verus, ut sit, necesse est, siquidem hic cultus soli Deo asseruatur.

I.
De diuinitate Christi.

CXCII.

II. Quia verò hic ipse culus Regi Sionio promittitur & postulatur, qui quidem in & iuxta assumptam humanam naturam in tempore vnctus est, & constitutus Rex in Sion, etiam quâ homo (quod impiè à Calvinianis negatur)

2.
De communicata Christo homini diuinâ maiestate.

A N A L Y S I S

adorandus est, & fiducia cordis in ipsum ponenda, propterea, quod humana natura in unitatem persona, adeoque natura etiam & λόγος communionem, & societatem maiestatis intimam, assumpta & per sessionem ad dexteram Dei euectus est, & declaratus Filius hominis καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τῆς Θεῆς, Luc. 22. v. 69. seu ut Epistola ad Hebraeos loquitur: ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψίλοις. Hebr. 1. v. 3. unde Filio hominis omnes Reges seruire & obedire debent, Dan. 7. v. 27.

CXCIII.

3. *De Iustitia fidei.* III. Summa doctrina Euangelij hic continetur, de salute gratis per fidem in Christum mediatorem nobis conferenda, quam sententiam dum anathematis fulmine è conciliabulo Tridentino ferit Romanus Pontifex, Antichristum non Christi Vicarium, hoc ipso haud obscure sese prodit.

CXCIV.

4. *De gratia Dei uniuersali.* IV. Et quia indefinitè ponitur propositio hac basin aeternae salutis continens. (Beati qui confidunt in eo.) nequaquam cum Caluinianis ad certos homines, absoluto nimirum decreto ad vitam aeternam praedestinos, gratia Dei & meritum Christi astringenda sunt, sed omnibus in uniuersum hominibus, modo Christo obediant, serio promittè & offerri illam, certò statuimus.

CXCV.

5. *Gratia Christi fons est omnis consolationis.* V. Omnis verò consolationis fons hac propositione continetur, quod in omnibus corporis & anima aduersitatibus & periculis vera fiducia, protectionis causa ad Christum nos recipimus, qui tutissimum ἀσυλον est, & salutis petra unica, nec non cornu copiae omnium bonorum praesentis & futurae uitae.

Cete-

PSALMI SECUNDI

CXCVI.

Ceterum quæ & Ἐπιπέμω, ad magistratum imprimis, & omnes deinde mortales, ut Christo obediant, hic continentur supra satis pro ratione instituti nostri sunt explicata, nec opus esse existimamus, ut denuo hic inculcentur, quin ad caput postremum Disputationis nostræ, & ad argumentum, quod in hoc Psalmo palmarium est, tandem nos conferamus.

CAPUT V.
METHODVS DE RE-
GNO CHRISTI.

Regnum
Christi.

CXCVII.

Inter Scripturæ Testimonia, qua Christo An se.
Regnum attribuunt, & de eiusdem in subditos beneficijs planè regijs concionantur, non postremum est, quod hoc Psalmo continetur, cui & alij ὁμοῦσι sunt nimirum, VIII. IX. XX. XXIV. XLV. LXXII. CX. CXVIII. CXLV. Item Prophetarum Oracula, Esa. 9. 11. 32. 53. Daniel. 7. Mich. 5. Zach. 9. Item Christi ipsius κατὰ ὁμολογίαν coram Pilato, Iohan. 18. v. 37. Apostolorum deniq; suffragatio, 1. Timoth. 6. v. 15. Apoc. 1. v. 5. 17. v. 14. 19. v. 16.

CXCVIII.

Prodest hæc Testimonia semper habere in conspectu. Et si enim in Christianorum Scholis & Ecclesijs in dubium non vocatur quæstio: An Christus Rex fit & Regnum obtineat: Tamen mens pia, tentationum mole pressa, sæpè
eò redi-

è redigitur angustiarum, ut nihil minus quam virtutem huius Regni, & sensum beneficiorum, quæ à Rege suo expectabat, percipere possit. Probè igitur muniendus est animus dulcissimarum promissionum exemplis, ne in his tentationibus succumbat: sed victrici fide crassissimas aduersitatum nebulas dispellat.

CXCIX.

Quid sit.

Est autem Regnum Christi gubernatio seu dominium, quo Christus θεοκρατωρ & imperium uniuersi, quod cum Patre & Spiritu Sancto ab eterno quæ DEVS habuit, per unionis gratiam & sessionem ad dexteram Patris, etiam in assumpta natura obtinet & exercet, & ex humano genere Ecclesiam sibi colligit voce Euangelij, quam iustificat, sanctificat, protegit & conseruat, translaturus aliquando ex morte ad vitam & ex hac miseria ad regni cælorum eternam gloriam eos, qui vera fide usq; ad finem perseuerauerint: iudicio verò eterne damnationis condemnaturus omnes, qui Euangelio non crediderunt.

CC.

Quotuplex.

Distinguitur per gradus in Regnum potentia, gratia & gloria.

CCI.

Regnum potentia quid?

Regnum potentia (quod & Natura appellatur) est dominium Christi in omnes creaturas, visibiles & invisibiles, quarum naturam sustentat & ordinem conseruat, ac vitam & salutem cum rebus huic vite necessarijs hominibus & brutis largitur, bonas actiones iuuat ac promouet, malas verò prohibet, coëcet, ponit.

CCII.

Quæ quidem actiones filio Dei ante incarnationem cum Patre & Spiritu sancto communes fuerunt, & ad-
huc

PSALMI SECVNDI.

huc sunt. Ab initio enim viarū suarum (*inquit aeterna Dei sapientia*) possedit me Dominus. *Prou. 8. v. 22.* ἤμελεν πάντα αὐτῷ πάντα ἀρμόζοντα. *Ibid. v. 30.* μία δὲ ἦσαν πάντα δύναται, καὶ μέγιστα ἐν αὐτῇ τὰ πάντα κενήσκει. *Sap. 7. v. 27.*

CCIII.

In eandem verò Diuinae potentiae operationum κοινωσίαν, naturam quoque, assumptam per unionem personalem & sessionem ad dexteram patris euectam esse, testatur Psalmus noster, cum fines terrae Regi Sionio in possessionem concessas pronunciat. v. 8.

CCIV.

Hoc enim cum in tempore factum sit, secundum humanam naturam ei competere cum orthodoxa antiquitate concludimus, siquidem Diuinae naturae in seipsa αὐτοῦδεῖ ἀκcesso gloriae & maiestatis fieri non potest.

CCV.

Hinc est, quod alibi Psalteres expressè ad humanam Christi naturam hanc uniuersalis dominij in tempore accepti potentiam restringit, facta status utriusque exinanitionis scilicet & exinanitionis, collatione, dum inquit: Minuisti eum (scilicet Filium hominis) paulò minus ab Angelis, gloria & honore eum coronasti, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi, volucres caeli, &c. Vbi etiam in bruta animantia Christo dominium tribuitur, & uniuersa pedibus, h. e. imperio eius subijciuntur.

CCVI.

Quo verò minus Calvinianis subscribamus, qui hunc scripturae locum de dignitate & excellentia generis humani interpretantur, Apostolica nos mouet autoritas, qua docemur, eum, qui paulisper diminutus fuerat ab Angelis,

G

esse

PSALMI SECUNDI

esse Iesum τὸν διὰ τὸ πάθημα τῆς θανάτου δόξαν ἔχοντα καὶ ἡμῶν ἐσθλασμένον. Heb. 2. v. 9. I. Cor. 15. & Ephes. 1.

CCVII.

Regnum gratiae quid?

Regnum gratiae est gubernatio Ecclesiae, quam voce Evangelij Christus ex humano genere sibi colligit, per Spiritum sanctum illuminat, in vera fide sanctificat: eamque remissione peccatorum, iustitia, pace, letitia ac varijs Spiritus sancti charismatibus donat, ac contra Satanae ac mundi furores defendit, ex periculis adeoque ex morte liberat, ac vita & saluti aeterna restituit.

CCVIII.

Quotuplex?

Hoc Gratiae regnum duplici modo administratur, externè & internè.

CCIX.

Externum.

Externa seu publica administratio fit per Ministerium verbi & sacramentorum, quo caeterum sibi colligit Filius Dei ex genere humano, à quo cognoscatur & celebretur.

CCX.

Nam & ante incarnationem, ut promissio conseruaretur ac propagaretur de semine mulierum, subinde ad hominum descendit colloquia, & populum suum erudiuit, fidem se praebens ὡς ἰὼν Ἰησοῦ τὸν οἶκον αὐτῶν. Heb. 3. v. 6. I. Cor. 10.

CCXI.

Et verò cum in plenitudine temporis humanam naturam assumpsisset, appropinquantis regni caelorum, hoc est, Ecclesiae, non tantum ex Iudeis sed etiam ex Gentibus colligenda, fundamenta constituit, dum per triennium duvatos ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ (Luc. 24. v. 19.) verum se Messiam & Salvatorem mundi probavit, capita Doctrinae in unum velus corpus redegit, & ritus Ecclesiae Baptismum ac Cœnam, und cum potestate clauium instituit.

CCXII.

Post-

A N A L Y S I S.

Postquam autem per passionem & mortem in gloriam suam intravit, in uniuersum orbem Apostolos ablegauit, & adhuc conseruat Ministerium, per quod Ecclesiam sibi colligit, quam praesens ipse gubernat, regit, defendit, &c. i. d. Ego sum uobiscum usq; ad consummationem seculi. Itē in orbem uniuersum, &c. Matt. 28. v. 18. Mar. 16. v. 15.

CCXIII.

Internum gratiae regnum in singulis fidelibus consideratur, qui sunt templum Dei uiuentis. 2. Cor. 6. v. 16. in quorum cordibus Christus habitat per fidem, Eph. 3. v. 17. accendit in eis lucem suae agnitionis, gubernat ipsorum vitam, operatur letitiam & pacem, & omnium honorum suorum ipsos facit participes. Quod pertinet descriptio Regni Christi, quod sit iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Rom. 14. v. 17.

Internum.

CCXIV.

Regnum gloriae est ὑπερήφανος ἢ τελείωσις τῆς ἀρχηγῆς σαρκῆς καὶ ἀγαγωγὴ πολλῶν ἡμῶν εἰς δόξαν. Heb. 2. v. 9. seu, integra glorificatio capitis & membrorum, id est, Christi & Ecclesiae.

Regnum gloriae quid?

CCXV.

Christi capitis gloria est maiestas, potentia & gloria infinita aeterni Dei, quam ex Diuina natura proprietate ὁ λόγος semper habuit, Ioh. 17. v. 5. Carni uero assumpta per unionem personalem communicauit, iuxta illud Apostolicum ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλῆρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Col. 2. v. 9.

Gloria capitis.

CCXVI.

Etsi uero gloria Christi Θεοῦ ἁπάντων aliquoties fulsit, in Ministerio docendi, Matt. 7. v. 29. Ioh. 7. v. 46. In miraculis ab ipso editis, Act. 2. v. 22. In transfiguratione, Matt. 17. In uero etiam in ipsa morte. Matth. 27. v. 54.

CCXVII.

At tamen in statu humiliationis tecta fuit infirmitatibus.



A N A L Y S I S

titus & occultata, ut pati & mori posset, iuxta dictum: Exinaniuit seipsum forma ferui assumpta, & humilem semetipsum præbuit, obediens factus Patri, vsq; ad mortem, mortem verò crucis, Phil. 2. v. 6.

CCXVIII.

Post exactam verò humiliationis periodum, fulsit gloria τῆς λόγῃs humanitati communicata in resurrectione, Rom. 1. v. 4. Ascensione, 1. Tim. 3. v. 16. Spiritus sancti effusione, Act. 2. & miraculis θαυματουργῶν Apostolorum, Act. 3. v. 13.

CCXIX.

Lucet eadem adhuc in dominio, quod secundū utramque naturam in omnes creaturas exercet, magis etiam in collectione & defensione Ecclesie admiranda, Eph. 1. v. 23. Omnium verò maximè in cultu adorationis, Phil. 2. v. 10.

CCXX

Etsi autem hac gloria capitis Christi in se summa est & omnibus numeris absoluta perfectissimaq;: tamen cognitio illius nostri respectu in hac vita μερικὴ est. Cernimus enim nunc per speculum tanquam in ænigmate. 1. Cor. 13. v. 12. Expectamus verò τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ὀπιφάνειαν τῆς δόξης τῆς μεγάλης θεῶ, καὶ σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Tit. 2. v. 13.

CCXXI.

Gloria membrorū.

Membrorum seu ciuium regni Christi gloria duplex est, alia huius, alia futurae vita.

CCXXII.

In hac vita.

In hac enim vita, dum beneficia merito Christi parta, mediante ministerio verbi & Sacramentorum fide per Spiritum sanctum nobis applicantur, Filij sumus & heredes, nec non cohæredes Christi, Rom. 8. v. 17. תְּפָאֲרַת בְּיַד יְהוָה. id est, corona gloriae in manu Ichouæ, Item:

תְּפָאֲרַת

כָּרַח — אֶפְסָרָה *id est*, voluntas mea in ea, sicut Dominus
 suavissima hac appellatione suam Ecclesiam indigitat. Esa.
 62. v. 3. Ἐστὶν; πολιτεύμα nostrum in coelis. Phil. 3. v. 20.
 Quandoquidem Deus, qui dives est misericordia con-
 vivificavit nos cum Christo, & cum eo resuscitavit, &
 simul cum eo sedere fecit inter coelestes in Christo Iesu.
 Ephes. 2. v. 6. CCXXIII.

Verum haec Christianorum vita & gloria in hoc mun-
 do multis infirmitatibus & aduersitatibus, nec non miseris
 innumeris, qua fraude Satanae perpetuas inimicitias aduer-
 sus nos exercente, & mundi in maligno positi, nobis concili-
 antur, ut & tristi mortis imperio, tecta est & obscurata.
 Vnde scriptura vitam nostram in Christo absconditam Col.
 3. v. 3. & nos mundo incognitos pronunciat, propterea
 quod nondum apparuerit, quales futuri simus. 1. Iohan.
 3. v. 2. CCXXIV.

Reuelabitur autem vita nostra, & perfectum erit gau- In altera
 dium & gloria Christianorum ἐν χρόνῳ ἀποκαταστάσεως πάν- vita.
 των. Act. 3. v. 21. quando Christus Iesu transformabit cor-
 pus nostrum humile, ut fiat σύμμορφον corpori suo glori-
 oso. Phil. 3. v. 21. & immittet nos in hereditatem ἀφθαρτον,
 ἡ ἀμίαντον, ἡ ἀμάραντον τελεσημένῳ ἐν ἔρανοῖς. 1. Pet. 1. v. 4.

CCXXV.

Haecenus Regni Christi species seu gradus vidimus, Causa Re-
 nunc causas paucis inuestigabimus. gni Christi.

CCXXVI.

Efficiens causa tota est Trinitas, unde etiam Regnum Efficiens.
 Dei in scripturis frequenter appellatur.

CCXXVII.

Nam Pater aternus Filio regnum promittit, teste Psal-

A N A L Y S I S

mo, Ego inungens Regem meum constitui, &c. *Item*, Postula à me, &c. *Et Apostolo*; Deus collocavit Christum ad dexteram suam, in coelis supra omne imperium & potestatem. *Ephes. 1. v. 20.* Extulit eum in summam sublimitatem. *Phil. 2. v. 9.*

CCXXVIII.

Secunda Persona Diuinitatis ὁ λόγος humanam naturam sibi personaliter unitam in consortium assumpsit imperij aeterni, Propterea enim in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, ut essemus completi in ipso, qui est κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. *Colos. 2. v. 9. &c.*

CCXXIX.

Spiritus sanctus sacrum illud χεῖσμα est, seu oleum letitiae, quo unxit Pater Filium & quidem pra consortibus suis. *Psal. 45. v. 8.* Non enim ad mensuram dat Deus huic Spiritum, sed quiescit planè supra radicem Iesse Spiritus Domini. *Esa. 9. v. 2.*

CCXXX.

Materialis.
I. *Subiectum* ἡ ἐξ ἧς unde originem habet Regnum hoc, Caelum est, unde perquam usitata est Regni caelorum, praesertim in Nouo Testamento appellatio.

CCXXXI.

Est enim Christus Dominus de coelo. *1. Cor. 15. v. 47.* & constitutus etiam secundum humanitatem ad dexteram Dei in coelestibus. *Eph. 1. v. 20. Dan. 7. v. 17.* unde etiam regnum suum negat esset de hoc mundo. *Ioh. 18. v. 36.*

CCXXXII.

Hinc beneficia quoque qua in Regno potentie innumeris modis in homines conferuntur ἐργαζόμενα conferri perhibentur. *Act. 14. v. 17.*

Gra-

PSALMI SECVNDI.

CCXXXIII.

Gratia verò beneficia καὶ ἐξοχλὸς sic dicta & ipsa ἀνω-
θεν proueniunt teste Salvatore. Ioh. 3. v. 3. Siquidem propter
nos homines & propter nostram salutem Filius Dei descen-
dit de Cælo, & homo factus est, ut habet Ecclesia ortho-
doxa Symbolum.

CCXXXIV.

Similiter & gloria Christi & nostra reuelationem in-
didem exspectamus. ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα EN ΟΥΡΑΝΟΙΣ
ὑπάρχει, ΕΞ ἧς σωτηρία ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν χριστόν.
Phil. 3. v. 20.

CCXXXV.

Subiectum ἐν τῷ diuersum, pro diuersa Ecclesia militan-
tis & triumphantis conditione, statui potest.

IB

CCXXXVI.

Et regni quidem potentia & gratie caussa, Christo
gentes in hereditatem & fines terra in possessionem sunt con-
cessi, Psal. 2. v. 8. Dominatur enim, non absens sed præ-
sens, etiam in medio inimicorum suorum. Psal. 110. v. 2.
Et omni creaturæ iussit prædicari Euangelium. Mar.
26. v. 15.

CCXXXVII.

Regno verò glorie nouum Cælum & terram nouam
promisit Dominus, Esa. 66. v. 22. quam electi soli inhabi-
tabunt οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς ἔθρονοις. 2. Co-
rinth. 5. v. 1.

CCXXXVIII.

Forma Regni Christi conditionibus natura, gratia & Formam
gloria exprimitur.

CCXXXIX.

Nam in regno potentia conseruat rerum species &
ordi-

2

A N A L Y S I S

ordinem à se conditum, & omnia parat verbo potentie suae
Heb 1. v. 3.

CCXL.

Non verò ad naturam ordinem alligatus est, nec ullis tenetur Fatorum legibus, sed omnia pro immensa sua potentia & liberrima voluntate dispensat, constituit, mutat, & mirabilia solus facit. Psal. 72. v. 18. Aded ut documentis τῶν ἀνεξιχνίαστων ὁδῶν αὐτοῦ, totus mundus sit refertus. Rom. 11. v. 33.

CCXLI.

II. Gratia regnum ministerio verbi & sacramentorum administratur, per quod Ecclesiam colligit Filius Dei, quam ducit, regit, & in aciem aduersus hostes potentissimos, Diabolum, mundum, & carnem armaturâ Dei instruendam (Ephes. 6. v. 11.) constituit, & mirabiliter defendit, ac per multas tribulationes ad vitam aeternam perducit, Act. 14. v. 22. in credentibus Spiritus Sancti virtute per verbum & sacramentorum usum τῶν ἀνεξιχνίαστων illam admirandam efficiens, cuius modum non minùs, quàm ventis viam ac terminos ignoramus. Ioh. 3. v. 8.

CCXLII.

III. Qualis verò administratio regni glorie futura sit, Apostolus ostendit, cum ait: Christum circa finem mundi traditurum regnum Deo Patri, postquam aboleuerit omnem potestatem ac virtutem, & nouissimum etiam hostem mortem, cumq; subiecta illi fuerint omnia, tunc & Filium subiectum iri ei, qui illi omnia subiecit, vt sit Deus omnia in omnibus. 1. Cor. 15. v. 24.

CCXLIII.

Vbi non tam regnum Christi, quàm administrationis formam (quatenus scilicet Ecclesia in hac vita verbi & sacramentorum vitur Ministerio, & in statu militiae perpetuo

PSALMI SECUNDI.

tuò versatur) finem habituram significat. Cum in altera vi-
ta Deo per Christum planè aggregati, in ipso omnem àυτάρ-
κην beatitudinis obtenturi simus.

CCXLIV.

Finis regni Christi duplex est: alter Deum: alter ho-
mines concernit. Finalis.

CCXLV.

Vult Deus agnosci, & celebrari suam immensam po-
tentiam, inexhaustam sapientiam, bonitatem infinitam, ve-
ritatem immotam, & ut uno dicam verbo, gloriam suam. I.
Ideo Regnum Filio paravit, Ut benedicatur nomen ma-
iestatis suæ & gloria sua repleatur omnis terra. Psal. 72.
v. 19. Et extulit eum in omnem sublimitatem, ut omne
genus flectatur ipsi cœlestium, terrestrium & subterraneo-
rum, omnisq; lingua profiteatur Iesum Christum esse
Dominum in gloria Dei patris. Phil. 2. v. 9. Respectu
Dei.

CCXLVI.

Etsi verò Christi agnitio extra Ecclesiam & sine luce
verbi haberi non potest: Est tamen totus mundus, cum or-
natu suo uniuerso, nihil aliud quàm τῷ αὐθεντικῷ agnitio-
nis Dei, qua quidem agnitio, si cum notitia Christi coniun-
cta sit, magnam utiq; & ipsa vim habet accendendi in no-
bis amorem Dei, Ut delectemur in Domino & pleno ore
laudes eius cantemus in omni vita nostra. Psa. 104. v. 34. I.

CCXLVII.

In Ecclesia autem, vera & salutaris est agnitio Dei
in Filio dilecto, qui nos redemit non auro & argento, sed
precioso sanguine suo. 1. Pet. 1. v. 18. Ut essemus λαὸς εἰς
τὴν ἐπιπέτην & prædicemus virtutem illius, qui è tenebris
nos vocauit in admirabilem lucem suam. 1. Pet. 2. v. 9. &
seruiamus ipsi in iusticia & sanctitate cunctis diebus vi-
tæ nostræ. Luc. 1. v. 74. 2.

H

At,

A N A L Y S I S

3. *At, quae hinc inchoata est, illuc perfecta erit Dei agnitio & celebratio, quando de facie ad faciem Dominum videbimus, 1. Cor. 13. v. 12. & cum sanctis Angelis & electis Dei seculis infinitis suavissimo concentu, sine fastidio, sine tadio cantabimus: Nunc facta est salus & virtus & Regnum Dei nostri & potestas Christi eius &c. Latamini Coeli & qui habitatis in eis, Apoc. 12. v. 10. 12.*

CCXLIX.

II.
Respectu
nostri,

Beneficia, quae ex Immanuelis nostri gubernatione in nos proueniunt, pro diuersitate graduum regni ipsius, in certas classes redigi possunt.

CCL.

I. Beneficia
providentiae
& potentiae
Christi.

Generalia.

Quia enim Christus imperium tenet uniuersi, debemus utiq; ipsius administrationi, quod mundus conseruatur, Heb. 1. v. 2. quod genus humanum propagatur, Act. 17. v. 26. quod praemijs boni, mali paenis afficiuntur, Psal. 7. v. 12. 145. v. 20. quod pluuia & tempora fructifera contingunt, quodq; corda nostra cibo & latitia, & omne animal benedictione adimpletur. Act. 14. v. 17. Psal. 145. v. 16.

CCLI.

Specialia.

Prater hac verò in omnes homines & creaturas exonerantis sese bonitatis diuina beneficia, & hoc singulare credentes obtinent, quod norunt per Christi, secundum hominem, exaltationem, dominium sibi in creaturas terrenas & bruta animalia restitui, quod in Adamo amissum erat.

CCLII.

Quae & ipsa restitutio hinc fide percipitur, 1. Cor 3. v. 22. re ipsa autem perficietur ἐν δωρεᾷ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Act. 3. v. 21.

CCLIII.

Vnde etiam δωρεὰ χάριτος ab Apostolo tribuitur creaturae.

PSALMI SECUNDI.

tura, quod sollicitè expectet reuelationem filiorum Dei, cum prater voluntatem vanitati sit subiecta, & à seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei asserti & vindicari unice cupiat. Rom. 8. v. 9. & c.

CCLIV.

Hinc etiam certa est Christianorum fiducia, quod nec victu nec alijs huius vite necessarijs bonis minui, defici possint, quandoquidem Christo Immanueli, quatenus Filius hominis est, omnia subiecta sunt, etiam oues & boues, pecora campi, volucres cæli & pisces maris. & c. Psal. 8. v. 8.

CCLV.

Nec dubium est, quin huius potentia Christi ἰσχυρὰ fiducia, ἰσχυρὰ olim ora leonum occluserint, vim ignis extinxerint, regna expugnauerint, & c. teste Epistola ad Hebraeos 11. v. 33.

CCLVI.

In Regno gratia, fons aperitur perennis, unde gratia Dei, remissio peccatorum, iustitia, pax cum Deo, lætitia & consolatio Spiritus sancti, ἡ ζωὴ αἰώνιος , vite aeterna $\text{καὶ ἡ ἀπολαύσις αὐτῆς}$, & omnis salutis copia, quasi largo flumine exundans in nos promanat. Ex abundantia enim ipsius haurimus $\text{καὶ ἡμεῖς ἀντιλαμβάνομεθα τὴν χάριν αὐτοῦ ἵνα ἡμεῖς ἰσχυροῦσθαι ἕχημεν ἐν παντί. Ioh. 1. v. 16.$

2. Beneficia gratia Christi.

CCLVII.

Regnum glorie $\text{ἡ βασιλεία αἰώνιος}$ est seu finis ἡ ἀπολαύσις αὐτῆς ultimus & summus omnium beneficiorum, quæ à Rege Christo in nos proficiunt. Tunc enim gaudium nostrum perfectum erit, quando adimplebimur lætitia, à facie Domini, & delectationibus fruemur in dextera ipsius in æternum, Psal. 16. v. 11.

3. Aeterna gloria.

H a

Haete-

CCLVIII.

Pugnancia.

Hactenus de causis regni Christi differuimus, restat ut corruptelas huius saluberrime doctrinae paucis perstringamus.

CCLIX.

I. Diaboli
& Mundi furor.

Pugnat igitur imprimis aduersus Dominum & aduersus Christum eius iuratus ille & capitalis hostis serpens antiquus, calcaneum Christi, dum militat hic Ecclesia, perpetuo mordens, cuius sub auspicijs signa explicat mundus in maligno totus positus, qui nihil minus, quam imperium Christi ferre potest, ideo Satanae impulsu omnes sapientiae & potentiae suae copias expedit, ut iugum hoc excutiat, & Regio solio Christum deturbet. Sed INANIA illum meditari, ac sibi ipsi pestem & exitium machinari, supra ex vaticinio Davidis percepimus.

CCLX.

II. Somnium
Iudaicum
de regno
Messiae mundano.

Pugnat deinde, cum doctrina de Regno Christi, somnium illud Iudaicum, Regnum Messiae mundanum fingens, quod non tantum illorum animos occupauit, qui sub tempore aduentus Christi vixerunt (unde & Discipulos hoc errore imbutos fuisse sacra testatur historia, Matt. 20. v. 21. Luc. 22. v. 24. Act. 1. v. 6.) sed longe vetustior hic error fuit, adeo ut vix primi parentes ab eodem alieni fuisse videantur, ut constat ex $\pi\epsilon\sigma\sigma\ \Phi\omega\nu\eta\sigma\epsilon\iota$ Euae mortalium matris, qua Cainum primogenitum suum excipiebat. Gen. 4. v. 1.

CCLXI.

III. Chiliastarum commentum.

Huic cognatum est $\Phi\alpha\nu\tau\alpha\sigma\mu\alpha$ Chiliastarum, fingentium Christum exactis sex mille annis, millenario Sabbatico, regnum politicum in terris habiturum, in quo cum solis electus regnet, deletis improbis & iniustis ad unum omnibus. Quo quidem delirio multi etiam ex patribus, Iustinus, Origenes, Tertullianus, Lactantius & alij fascinati fuerunt.

CCLXII.

Nostrō

PSALMI SECVNDI.

Noſtro verò ſeculo eundem errorem ab orco revoca-
vit Anabaptiſtarum furor, qui in nervum erupit in ſeditio-
neruſtica, Anno M D X X V. & in Tragœdia Monaſteri-
enſi, Anno M D X X I V.

IV.
Anabapti-
ſtarum deli-
rium.

CCLXIII.

His omnibus opponimus veritatis ſententiam, ſtatuen-
tes, Regnum Chriſti non de hoc mundo, ſed de cœlo: non car-
nale, ſed ſpirituale: non caducum, ſed aternum eſſe.

Chriſti re-
gnum ſpiri-
tuale eſſe
probatum.

CCLXIV.

Cui aſſertioni fidem faciunt præter Chriſti conciones,
in quibus accuratis limitibus regnum ſuum à Regnis mundi
discernit. Matt. 20. v. 25. Luc. 22. v. 25. Ioh. 18. v. 36. &
alia ſcripturae Teſtimonia, quæ argumenta præbent pro
dogmatis huius veritate.

I.

CCLXV.

I. A perſona Regis, quæ nequaquam eſt Ψίλος ἄνθρωπος
πῶς, ſed θεός ἄνθρωπος ἀεὶ οὐκ ἀφαιρέτως, verus Deus, cui corruptibile
regnum non competit. Pſal. 2. v. 7. 45. v. 7. Eſa. 9. v. 6.
Ier. 23. v. 6. &c.

2.

CCLXVI.

II. Ab officio, quod munere ſuo non apparatu regibus
mundi uſitato, ſed docendo fungatur. Pſal. 2. v. 6. unde
etiam Prophetam magnus. Deut. 18. v. 15. & Sacerdos ater-
nus appellatur. Pſal. 110. v. 4.

3.

CCLXVII.

III. A beneficijs huius Regni, quæ non ſunt terrena
bona, ſed iuſtitia coram Deo. Dan. 9. v. 24. & vita aterna.
Pſal. 22. v. 27.

4.

CCLXVIII.

IV. Ab amplitudine & duratione Regni, quod ad
omnes fines terra ſe extendit, nec ullis ſeculis finitur. Pſal.
2. v. 8. 72. v. 17. Eſa. 9. v. 7. &c.

5.

H 3

V. Ab

A N A L Y S I S

CCLXIX.

V. *Ab adiuncto seu conditione Regis & Subditorum. Quemadmodum enim Rex Sionius humilis & pauper in mundum veniebat, Zach. 9. v. 9. & per passionem & mortem in gloriam suam intrabat, Luc. 24. v. 46. Ita & nos compati cum illo oportet, ut simul cum ipso glorificemur. Rom. 8. v. 17.*

CCLXX.

V.
Pontificis
Romani ne-
quitia.

Præter hæc verò deliria, detestanda quoque est Pontificis Romani Regnum Christi inuadendi insolens & sacrilega audacia. Non enim pro capite tantum Ecclesie visibili & Christi in terris vicario sese iactitat, sed etiam ius gladij vtriusque sceleratè sibi vendicat, & Christi Regnum cum regnis huius mundi confundit.

CCLXXI.

Neutrum horum fides Catholica admittit, quæ & unicum Ecclesie caput, nimirum Christum ipsum agnoscit, Col. 2. v. 9. Et regnum Christi à Regnis mundi accuratè distinguit, ut testimonia supra allegata probant.

CCLXXII.

Tantum verò abest, ut pro capite Ecclesie Pontifex Romanus agnosci possit, ut nec pro membro eiusdem haberi debeat. Etenim doctrina Euangelica odio & persecutione horrenda, Sacramentorum adulteratione nefaria, nec non cultus diuini idololatria & superstitionibus pestilentissimis, contaminatione, & alijs nefandis sceleribus se non Christi vicarium, sed ipsissimum Antichristum toti mundo prodit.

CCLXXIV.

VI.
Sacramen-
tariorum
blasphemias.
I.

Tandem veritati Euangelicæ in hoc Articulo quàm maxime aduersantur Calvinianorum impia commenta, dum contra scripturæ mentem exaltationem Christi ad totam perso-

PSALMI SECUNDI.

personam insidiosè referunt; humanitati tantùm dona crea- 2.
 ta & finita, licet maiora angelicis, inferiora tamen diuinis
 attribuunt; realem verò omnipotentia, omniscientia seu 3.
 κατὰ τοὺς ὄντας & Maiestatis diuina communicationem ne-
 gant: Ab vniuersali rerum gubernatione presentissima hu- 4.
 manam Christi naturam excludunt, eamq; certo cœli loco 5.
 & spacio affigunt: Carnem Christi in editione actionum 6.
 Θεωροῦντες, ὅτι γὰρ ἀνεπέστητον fingunt; cultum deniq; ado- 7.
 rationis eidem denegant. Quo aliud nihil moliuntur, quàm
 vt, pro virili sua, de sublimi immense maiestatis throno
 Christum hominem per summam contumeliam deturbent,
 & precipuum consolationis nostræ fundamentum subuer-
 rant. Quam impietatem Christiani meritò execrantur, &
 vt ab Ecclesiis nostris eam auertat Rex gloria, supplices
 contendunt.

CCLXXV.

Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli
 sapienti Deo, sit honor & gloria in
 secula seculorum,
 Amen.



Errata

Thesi 36. lege ἡὸς pro ἡὸς.	88. Pfal. 28. pro 26.
67. cœco pro cœoc.	120. respondet pro respondit.
103. indigitantur p indigetantur.	201. punit pro ponit.


Elencbús tractatiónu hoc volum: comprehensivum.

1. BECCERI analysi Psalmi secundi.
2. GESNERI contra primatum Romani Pontificis.
3. HUTTNERI Theoremata tria ex Jobann: 1. 29.
4. FÖRSTERI medulla capit: 53. Esai:
5. Ejusd: Disputationes V. in c. 53. Esai:
6. WINKELM: Disput: ex Jobann: III. 16.
7. Ejusd: Disput: ex Jerem: 23. 3. 4. 5. 5. 7. 8.
8. MAJORIS apobupis oraculi Apostolici 1. Jobann: 1. 7.
9. THUMMII ex h: verbis dicti Paulini Coloss: 2. 9.
10. FRORESENII Disput: de 7 Verbis Christi novissimis. Autor DANUBIENSIS.
11. SCHMIDT ex h: verbis dicti Evangelici Luc: XI. 28.
12. Ejusd: de peccator Confes: penitentiali ex Job: 24. 13.
13. BERGII de loco Prop: II. 22 - 31.
14. HÖFFNERI de primigenia hominis conditione, ex Gen: 1. 26. 27.
15. WILHELM: ZYSERII diatribis oraculi Job: 1. 29.
16. Ejusd: Explicatio Ps. 14. 1. 2. 3.
17. Ejusd: de Anti. Christo ex 2. Thessal: 2.
18. BULAI ex h: verbis dicti Hof: XIII. 9.
19. HÜLSSEMANNI meditatio ad dictum Rom: IV. 25.
20. LANGII protuevangeliu, Genes: 3. 15.
21. Ejusd: Jesus typicus in sacrificiis veteru ostensus.
22. MARTINI assertionu Theologic: de curia ad locu Jerem: XXXI. 31 - 34.
23. HENRICI mysteriu economia ex dicto ad Coloss: 2. 9.
24. CUNDISII exercitat: Theol: ex Esai: 49. 22. 23.
25. Ziegna expositio Psalmi 2.
26. LANGGE septem verba Christi.
27. KUNZBE Disput: ex 1. Tim: 3. 16.
28. Ejusd: de Confessione dominis ab infidelitate ad fidem.
29. GERHARDI Cyrillus.
30. OLEARIU lumen gentium Luc: II. decantatum.
31. 32. Programma ex Gen: 49. 11. 12. Aliud ex Apocal: 1. 4.
33. ZILLI philologia in Esai: 1. 4.
34. BOSII Evangelium anathemate desensu, Galat: 1. 6. 7. 8. 9.
35. ALBERTI magnificentia divina Joel: 2. 28. 29.
36. NIEMANNI de Christi delevisti querela, Matth: 27. 46.
37. THILONIS Disput: ex 1. Corinths: 2. 14. 15.
38. MEYCKELII Exercit: Theolog: ad Rom: II. 31. 32.

ung VII 18

VD 17

Z





B.I.G.

Farbkarte #13

IEREMIAS

Analysis

LMISE-
VNDI

es comprehensa, Et ut
uis quibusdam Doctri-
ristianæ capitibus;

Imprimis verò

GNO CHRISTI,
ologica συζήτησις,

Ἐν ᾧ Θεῷ

*lij An. 1601. in Academia Lipsiensi
de, argumentum præbeat,*

PROPOSITA

à

IO BECCERO. D.

IPSIÆ,

Lantzenberger excudebat.

S. IACOBI APELII.



EZECHIEL.

a) 1

